
This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



L. VIII.
444.

FRANCISCI CASONI OPITERGINI

IVRISCONSULTI CELEBER-
rimi, atque criminalium rerum peritissimi de
indicijs, & tormentis tractatus duo.

Collegij Quibus accesserunt. *Novodome*


DOCTISSIMA QVÆDAM
eiusdem de Accusationibus, & In-
quisitionibus singularia.

Societatis OMNIA NVNC PRIMVM *JESV.*
in lucem edita.

CVM PRIVILEGIO
Illust. Senatus Veneti.

Catalogo

Anno



V E N E T I I S . M D L V I I .



AMPLISSIMO

VIRO AVGVSTINO BARBA-

dico patricio Veneto, ac aduocatori dignissi-
mo Franciscus Casonus. S. P. D.



Rbitror materiam indi-
ciorum esse omnium diffi-
cillimam, & sine mutuo
auxilio artis oratoriae sa-
tis percipi non posse: cuius artis, ceter-
rarumq̃ bonarum artium Iurisconsulti
non expertes fuerunt. Qua de re secun-
dum oratores responsitarunt. l. aut facta,
& l. Cicero. ff. de poen. eaq̃ prae-
cipue scientia ad enodandos plerosque
turis laqueos utebatur Labeo Iuris-
consultus secundum Gellium lib. xij.
Cap. x. & xij. Et licet apud criminis

A ij

nalia tractantes sit abundans rerum ;
& indiciorum copia : est tamen rudis ,
indigestaꝫ moles , nisi eam ars in ordi-
nem digestam disponat ; nam secundum
22 glos. in s. igitur in proœ. Institu. diuis-
22 sio , siue partitio animum legentis inci-
22 tat , mentem intelligentis præparat , &
22 memoriam artificiosè reformat. Vn-
22 de lectio carens hac uirtute tumultue-
tur necesse est , et sine rectore fluctuet.
Quapropter totus hic tractatus ser-
uiet dispositioni , & hoc ordine mate-
riam indiciorum disponam ; & aucto-
ritatibus tum ciuilibus , tum diuinis ex-
cuciam : disciplina enim Domini non
est abiicienda ; & omne consilium , &
prudencia Dei sunt. Omnis enim ser-
mo Dei ignitus , & clipeus sperantis

bus in se, cap. iij. iij. & xxx. Prouerb.
Quarè Dei Optimi Maximi, ut in-
frà aggredior, tibiq; peritissimo, opti-
moq; omnium patrono dedico, cæterosq;
tractatus meos non supprimam, si hunc
tibi placere sensero. Vale.

A iij

MAGNIFICO AC
PRÆSTANTISSIMO VIRO
LEONARDO DONATO.

Patricio Veneto Gabriel Sarayna
Iurisconsultus. S. P. D.



DEbentur tibi *ex* Francisci Casoni Iuris
consulti peritissimi de iudicijs & que-
stionibus doctissimæ lucubrationes ma-
gnifice Leonarde. Quid enim nobili ui-
ro, nunc criminalibus iudicijs occupa-
to; nunc uerò ad externas ciuitates gu-
bernandas delegato, grauiusq; districto negotijs, gra-
tius afferri potest, quàm breue quoddam enchyridium,
quo is citrà laborem celeriter, ex sanctissimarum legum
præscripto fontes quidem ab infontibus, per indicia facile
dignoscere, actosq; reos (si ita res exposulet) uel æquis
questionibus subiicere; Vel confessos, conuictos uè meri-
ta poena multare, prouinciamq; sibi commissam improbis
hominibus purgare possit? Equidem nec dignius quic-
quam, nec præclarius tanto uiro præstari posse censue-
rim. Quamobrem, cum in hunc uerè aureum libellum in-
cidissem, auctoris doctrinam, methodum, atque dicendi ge-
nus admiratus, illum te dignū iudicauī, ad cuius normam
iudicia, tua in tantis tuis occupationibus exigas, posteaq;

tum aduocatoria dignitate præfulseris (quod breui futurum proculdubio speramus) inde, quasi ex promptuario ad agendos, defendendosq; reos, quam celerrimè haurias omnia. Plurima equidem ea de re nostratium iurisconsultorum uolumina per ocium legi, ut uix, quæ legam, aliqua amplius supersint: nullum tamen librum inueni, qui candidiore unquam eruditione, concinnioriue breuitate mihi magis arriserit. hîc enim ita omnia ex communibus Rhetorum locis eruta argumenta, legumq; autoritate comprobata, sunt à Casono in unum epithoma collecta, ut Gandini scientiam, Angeli eruditionem, Brunii facilitatem, Hippolyti demum copiam, atque ubertatem una hora cumulatè præstiterit: iamq; inter oratores iurisconsultus, interq; iurisconsultos orator primum sibi locum uendicarit. Suscipe igitur libellum coniecturali tractatione conspicuum, atque dicendi genere nouum: meaq; in te obseruantia perpetuò memor propensam hanc meam in te uoluntatem æqui, bonique consulas. Venetijs kalendis Aprilis. M. D. L. V. I. I.

A iij



TRACTATUS

MALEFICII PRAEMEDITATI

SECUNDVM ORATORES,

ius diuinum, et Ciuile Francisci

Casoni Iuriconsulti

Opitergini.

S V M M A R I V M.

- 1 *Indicia omnia oriuntur ex quatuor locis, et per tria tempora.*
- 2 *Personae qualitas indicium in criminalibus praestat: quae tamen sola, cum sit remota, non sufficit, nisi cum causis iungatur.*
- 3 *Causa in reo, ad indicia maleficij elicienda, est perquirenda, quam reus uel affuisse negabit, uel extenuabit, uel non sufficere dicet, nisi cum uicio personae iungatur.*
- 4 *Facta aut consilio, & ratione geruntur: aut impetu, & affectione.*
- 5 *Indicium efficax ex consilio, & ratione habetur.*
- 6 *Indicia ex impetu et affectione ad non praemeditatum maleficium nascuntur.*
- 7 *Verborum qualitas animum demonstrat, unde is uidetur fecisse, qui praedixit facere.*
- 8 *Indicia propositi scire quare expediat?*
- 9 *Indicium omne, quod indicat propositum, indicat & in-*

perfectorem, sed non e contra.

- 10 Indicia premeditatum demonstrantia, propter affectum in non premeditatum euadunt, ut quando rixantes sibi casu obuiant.
- 11 Prædicamenta, circa quæ uidetur uersari omnis quæstio, sunt decem.
- 12 Indicare ualens quid probabile, aut non probabile habeatur, idem acerrime iudicabit, quid uerum, aut non uerum in singulis rebus sit.
- 13 Indiciorum an certa doctrina dari possit?
- 14 Indiciorum cognitio non solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenit.
- 15 Natura quedam in homine est, quæ ipsum cogit, aut fate-ri, aut aliter delictum manifestare, & hæc quo nomi-ne uocetur?

Argumentum Tractatus, & locorum indiciorum omnium.



Ræfandum est, ¶ omnia indicia, & actiones humanas oriri ex quatuor locis, uidelicet: Persona, Causa, Facto, Dicto, et secundum alios quos Oratores, ex non Facto, ex non Dicto: et per tria tempora, ante, in, & post delictum: & habent locos suos, ut in tabula, quos dispersos collegi: & vim prædictorum, & quid accusatori, & quid accusato conueniat, dilucidè perstringam, & sine his omne ar-

rificium, materia, & eloquentia defunt. Perso-
 2 na † euenit necessario vt cuiusmodi persona sit,
 eiusmodi actiones sequantur, vnde bene, seu ma-
 le præsumitur: & qualitas personæ demonstrat
 animum fuisse, vel non fuisse offendendi. Sed
 reus dicit indicia personæ sola non sufficere, cum
 sint remota, & nisi cum causis iungantur. Cau-
 3 sa, attinet † quærere quot, & quantæ sint in reo
 causæ, vt earum gratia deliquisse videatur, cum
 nihil sine causa fiat. Reus autem negabit fuisse
 causam, si poterit: aut extenuabit. Deinde ini-
 quum esse dicit, omnes, ad quos aliquid emolu-
 menti ex aliqua re peruenerit, in suspicionem ma-
 leficij deuocari. Item dicit causas non sufficere, ni-
 si cum vicio personæ iungantur. Facto quæ-
 4 cunque † geruntur a nobis, aut consilio, & ratio-
 ne geruntur: aut impetu, & affectione. Ex con-
 5 silio, & ratione † habetur efficax argumentum
 ad præmeditatum; & caput erit propositi, si de-
 monstrabitur quare, quo consilio, qua spe perfici-
 endi, quidque factum sit, aut quid factum de in-
 dustria, ante, in, & post delictum. Ex impetu,
 6 † & affectione ad non præmeditatum argumen-
 ta nascuntur: & reus è contrario dicit, rem perspi-
 cere cum consilio, & cura non potuisse, & id,
 quod fecit, impetu quodam animi potius, quàm
 cogitatione fecit. Quibus etiam rationibus de-
 monstrari possit factam rem non fuisse, facile ex
 contrarijs suppetet facultas. Dicto nunquid,

7 † reus dixerit ante, in, seu post delictum: nam ex
 qualitate verborum animum merimur; & is vide
 8 tur fecisse, qui prædixit facere. Et expedit † sci
 re indicia propositi: quia per ea dupliciter quæri-
 tur, videlicet: quis fecerit, quando ignoratur; &
 9 quo animo fecerit. Nam omne, † quod indi-
 cat propositum, indicat & interfectorem; sed
 non è contra: Is enim videtur fecisse, qui faciendi
 habuit voluntatem: quia omnes, quod volunt, et
 possunt, etiã exequuntur, et faciunt. Est enim
 maxime consentaneum; vt quod quis instituit fa-
 10 cere, fecisse etiam videatur. Sed licet † indicia
 orientia ex supradictis locis natura sua indicent
 præmeditatum, quandoquè tamen propter effe-
 ctum in non præmeditatum euadunt: & hoc eue-
 nit, quando rixantes obuiant sorte, & ca-
 su. De quibus omnibus singula-
 riter hoc opere dicetur, duce
 & auspice Christo.



Tabula indiciorū , et oīs actio. huma.

I Persona	{ Fama, Conuersatio, Consuetudo, Natio, Conditio, Fortuna, Ætas, Sexus, Nomen, Physiognomia, Pallor.
II. Causæ delicti,	{ Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas.
III. Facto ante de- lictum, seu con- silio cū delicto.	{ Vbi fuerit. Vbi visus sit, Quo cum visus sit, Nunquid appararit, Nunquam conuenerit, Nunquam habuerit de conscijs. De adiutoribus. De adiumentis, Nunquo in loco præter cōsuetu- dinem fuerit?
IIII. Facto in deli- cto, seu adiun- cto delicto.	{ Aut alieno tempore. Locus, Tempus, Modus, Occasio, Facultas.
V. Non factu.	{ Quid factū sit, qđ nō oportuerit, Aut non factū, qđ oportuerit, &c.
VI. Dictu.	{ Nunquid dixerit reus ante, in, seu post delictum, prout minæ, con- fessiones. Item fama, & reliqua.
VII. Non dictu.	{ Tacens delictum præsumitur par- ticeps, & non respondens torque- tur sine indicijs, &c.
VIII. Facto quodam cōsequenti de- lictum, indican- te de reo, sed nō de proposito.	{ Fuga, Cruor, Pallor, Trepidatio, repertus in loco de- licti, & reliqua.

Et supradicti loci sunt proprii Jurisconsulto-
 rum, & Oratorum; tametsi Arist. † prædica-
 2 1 menta decem constituerit, circa quæ videtur ver-
 fari omnis quæstio: Sed secundum Quint. in
 lib. iij. tit. vnde ducatur, ex ijs prima quatuor ad
 status pertinere, cætera ad quosdam locos argu-
 mentorum videntur. Verùm sinè conuicio
 Quint. nō solum prædicti loci, verùm etiam om-
 nia, quæ sunt in Cælo, in Terra, et in Abisso sub
 prædicta prædicamenta cadunt.

Nota, ne oriatur confusio in tabula, q̄ consilia per
 Cicer: sunt attributa personæ; rectius tamen refe-
 runtur ad factum, licet personæ accidant. vide
 Quintil. lib. v. & l. sæpe §. si. ff. de verb. sig. Item
 Fama, & Pallor bis legitur in tab. vide in cap. 1.
 & penult. tracta. primi: atque ex ijs locis omnis
 argumentatio inueniri poterit, & aut probabilis,
 aut necessaria erit. vide Cicer. lib. primo cap. v.
 de Inuent. Et secundum Aristot. Qui iudic-
 2 2 care † perspicienter potest quid probabile, aut
 non probabile habeatur: idem acerrimè iudicabit
 quid verum, aut non verum in singulis rebus sit.
 vide in lib. 1. c. vi. Rhetor. De prædictis locis
 fit mentio in l. fin. ff. de actio. & obligatio. ibi. ex
 personis, causisq̄, & l. qui cum vno. ff. de re mili-
 ta. ibi, examinantur causæ, cur, & vbi fuerit, &
 2 3 quid egerit. Prædicta † repugnant scribenti-
 bus de iudicijs non posse dari certam doctri-
 nam, sed esse in arbitrio, quod tamen regulatur

secundum dispositionem iuris communis. Contra etiam prædictos est: q̄ natura hominum id patitur, vt veritatis capax sit, & res maiori ex parte veritatem sortiantur: Hoc amplius † ego dico, cognitionem indiciorum non solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenire; etenim natura homini rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enodauit. Supradicta probari possunt exemplo diuino: vt in c. iij. Genes. ibi: vox sanguinis fratris tui clamat post me de terra. Et in exemplo veneni, vt infra in c. iij. Et secundum aliquos † est quædam natura in homine, quæ ipsum cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifestare. vnde legitur in lege diuina. fugit impius nemine persequente; Et hanc partem aliqui vocarunt Furiam; alij Consciētiam scelerum; alij dixerunt fieri natura communi ad manifestandum delictum, Et de prædictis ponentur exempla suis locis.



DE ATROCITATE
PRÆMEDITATI, ET
QUOMODO DIFFE-
rat à non præmeditato,

S V M M A R I V M.

- 1 Per indicia proceditur in tribus delictis, homicidio, furto, & homicidio, adulterio.
- 2 Homicidium quot modis committatur?
- 3 Homicidium præmeditatum est maximè detestabile, & in eo omnes tenentur.
- 4 Aggrediens animo occidendi, licet non occidat, an puniatur tamen ut homicida?
- 5 Pecuniam accipiens ut occidat, si ad proximum actum de-

P R Æ M I S S A .

ueniat, homicidij pœna punitur, licet homicidium non sequatur; Idem in crimine seditionis, & in emente uenenum, ut alteri daret.

6 Bannitum ueneno occidere non licet, quamuis posset per leges impunè occidi.

Cap. I.



1 **P**ER Indicia † proceditur in tri-
 2 bus delictis, videlicet, homicidio,
 furto, & adulterio. Homici-
 3 dium † autem committitur, aut
 4 præmeditatum, aut in pura rixa,
 aut casu. De his, maximè de præ-
 meditato legitur in l. Mosis, c. xxi. Exo. & adeo
 5 † detestabile est, vt delinquens auellatur ab alta-
 ri, vt moriatur: Et differt à puro, etiã secundum
 Iurisconsultos: nam si plures fuerint in rixa præ-
 meditata, omnes puniuntur de occiso; secus in
 pura rixa: quia tunc vniuscuiusque ictus confide-
 6 randus est, not. in l. fin. C. de sic. Idem secundum
 7 Cicer. primo officiorum. Interest vtrum pertur-
 8 batione aliqua animi, an cōsulto, et cogitato fiat
 9 iniuria. Hoc amplius † secundum aliquos; si-
 quis animo occidendi aggressus sit aliquem, li-
 cèt non occiderit, aut vulnerauerit, punitur ta-
 10 men, vt homicida. Sed dic contra, q̄ punitur ar-
 bitrio Iudicis, non autem pœna homicidij. In
 aliquibus tamen potest puniri vt homicida, vt
 11 puta, si quis, † accepta pecunia, causa occidendi,
 cum

cum deuenit ad factum proximum, punitur
 poena homicidij, licet homicidium non sit secu-
 tum. Barto. in l. non solum. ff. de iniur. Idem in
 crimine seditionis, de in euenire versutum, de
 6 alteri daret. Dic etiam † secundum aliquos, non
 licere exulem veneno occidere, licet posset per le-
 ges impune occidi secundum Doc. in l. non ideo
 C. de accusa.

S V M M A R I V M.

- 1 Maleficium apparere prius debet, quam de proposito aut reo queri debeat.
- 2 Cadaver prius est inspiciendum, eius qualitas in actis referenda, quantitas ulnerum, & in qua parte corporis sint, & quo armorum genere illata fuerint, & que mortis causam præstiterint.
- 3 Propositum ex quibus indicijs arguatur?
- 4 Propositi coniectura ex loco, ubi quis offenditur, capitur.
- 5 Frequentans locum maleficij, habet indicium contra se.
- 6 Cadaveris inspectio fieri debet per peritos, & duo medici super ea requiri debent, & hæc si omittantur processus est nullus.
- 7 Contumax quando non habeatur, pro confesso ex forma statuti.
- 8 Reus absens, non damnatur si contra eum non fuerit probatum delictum.
- 9 Casus, in quibus proceditur, licet non constet de cadavere.
- 10 Vestigia in lutis, riuic, aut puluere reperta, seu vestimen-

P R Æ M I S S A .

non, vel quod simile, in loco delicti inuentum, ad habenda iudicia, contemplanda fuit.

De uiso, & reperto faciendū per peritos, & de errore iudicum. C. II.

- 1 **D**E proposito, t̄ aut̄ reo quæri non debet, nisi de facto constet: naturalis enim ordo est, ut prius probeatur factum esse, deinde à quo, postea quo animo: cum uerò de facto, et reo constat, de animo quæri potest. Quare, t̄ curent iudices, ut inspiciatur cadauer, & referatur in actis qualitas, quantitas uulnerum, & in qua parte corporis sint, quo armorum genere illata fuerint, & quæ demū causam mortis uulnera præstiterint: quia
- 2 per multitudinem, t̄ magnitudinem, geminationem uulnerum, et per modum uulnerandi arguitur propositum. Item apparere debet in quo loco
- 3 fuit occisus: nam t̄ per locum, in quo quis offenditur, coniectatur de proposito, & de delinquente, quando de eo ignoratur: præsumitur
- 4 t̄ enim contra frequentantem illum locum, si uè contra uicinos, Bart. l. i. C. de ser. fugi. & Moyse. cap. xxi. Deuterono. Et animaduertendum t̄ est, ut eiusmodi inspectio cadaueris fiat per peritos, licet aliqui iudices consuerint uidere sine peritis. Sed auertant talem consuetudinem, cum sit contra religionem iudicandi, & pariat periculum damnandi insonteis, sicut sonteis, præsertim
- 5
- 6

in rixis peritis; cum vniufcuique iustus animad-
 uretatur; & standum est in arte peritis. Hoc im-
 plus duo requiruntur medici, licet de consue-
 tudine stetur dicto vnius. Bart. & Hippoly. l.
 fin. C. ad l. Corn. de ficar. Conclufiue supra-
 dicta in processu apparere debent, aliter per ta-
 lem omissionem, tanquam formam substantia-
 lem processus redditur nullus. Vnde licet sta-
 7 tuta s̄ disponant, vt reus contumax habe-
 tur pro confesso, non habebunt locum non ser-
 uata supradicta. l. Raptores C. de Episc. & Cler.
 8 vbi etiam dicitur, q̄ reus s̄ licet absens, non de-
 bet tamen damnari, si contra eum non fuerit pro-
 batum delictum; & ratio reddi potest: quia ab-
 sentia potest contingere ex diuersis accidentibus.
 9 Sunt tamen s̄ casus, in quibus proceditur, licet
 non cōstet de cadauere, vt puta in latronibus, qui
 abscondunt cadauera eijciendo in flumina, ac ma-
 re vt dictū est in titu. de Tor. cap. ij. Currens etiam
 10 iudices s̄ contemplari vestigia in luto reperta, si-
 ue niue, aut puluere; & similiter si telum, si vesti-
 mentum, siquid eiusmodi repertum sit, quod fue-
 rit relictum in loco delicti: per hæc enim, & simi-
 lia oriuntur indicia.

S. V M M A R I V M.

1 Cadauer si effundat sanguinem propter presentiam suspe-
 2 ctorū, an magnū præstet indicium, salte ad inquirendum?

B ij

- 2 Sanguis clamat vindictam contra interfectorem.
- 3 Calor in cadavere servari potest usq; ad septem horas, & ideo intra illud tempus omnis experientia de suspecto fieri debet.

De sanguine profluente propter præsentiam suspectorum. C. III.

- 1 COnsequens locus est dicere de cadavere t effundente sanguinem propter præsentiam suspectorum; de quo iudicio meminit Paris de pueris, dicens, qd magnum est iudicium, & non est recedendum a tali experientia. vide eum in cap. Mandavit in fine. Hippo. quoque aliquantulum tractat, dicitq; nullibi legi de hoc, & posse inquiri tantum in s. diligenter nu. cxviij. Attamen apud multos legitur de hoc iudicio. Et Aristoteles respondit hoc esse opus diuinum, & naturale: quia
- 2 sanguis t clamat vindictã contra interfectorem, & rationes multas affert. vide eum in problema. c. de naribus, & Lucretium li. iij. in illis versibus.
- 3 Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu.
- Vbi Ficinus multas adducit causas non dissentientes ab Aristotele. Et vbi Aristoteles dicit, si vulnera fuerint recentia, Ficinus ait calorem t servari posse ad tempus, pura, ad horas septem: & tale iudicium appellatur diuinum, et fit natura communi ad manifestandum homicidium: & iudex debet experiri infra dictum

tempus: quod nota, quia non legitur apud Iuris
 consultos criminalia tractantes. Apud Moysen
 sunt pleraque, per quæ probatur sanguinem cla-
 mare vindictam; sed non propriè probant supra
 dictam opinionem, vt in c. iij. Genes. ibi. vox
 30 sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iose-
 phum de bello Iudaico lege, vbi loquitur de
 sanguine Zacchariæ. Sed de hoc nullibi legitur
 apud Ciuiles, Canonicosq; scriptores; licet Paris
 de puteo testetur, ac ponat capita quædam non
 tamen probantia. De hoc etiã apud Oratores
 nullum verbum reperitur; Sed tantum de san-
 guine in vestimentis, armisvè reperto ñ memite-
 runt. Ideo existimo nullum oriri indicium, nisi ad
 inquirendum; nam talis effusio sanguinis emanat
 ex causis ignotis, quæ non sunt trahendæ ad con-
 sequentiã: & nullũ indicium sequi debet necessario,
 cum ex diuersis accidentibus proueniant, & se-
 cundum aliquos propter vniformem complexio-
 nem. Et contentus sit Iudex iudicare secundum
 prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo
 cætera iudicio diuino: non enim oportet plus sa-
 pere, quàm oporteat secundum Apost. Et l. si resti-
 tuatur. ff. de iudi. Sed si fiet aliqua experientia
 fieri debet infra horas septem, vt supra, & ad in-
 quirendum tantum.

S V M M A R I V M.

1 Veneno quæ esse necatũ indicat liuor, aut tumor cadaveris.

B iij

- 2 Cadaver inspici debet a peritis, & a iij deponere debeant, de credulitate, an de ueritate in casu ueneficij?
- 3 Veneno quem esse mortuum ex quibus cognosci possit?

De uiso, & reperto faciendo per peritos in ueneficio, & noua experientia. C. IIII.

- 1 **C**ontingit hominem homini insidiari potius ueneno, quam gladio. Iraque t̄ quæretur, si liuore, aut tumore decoloratum est corpus mortui, significat ueneno necatum. uide Auctorem ad Herennium lib. ij. Tit. in constitutione coniecturali. Quare Iudices t̄ curent inspici cadauera per peritos, qui iuramento referant in actis. Sed ambigitur, an tales periti teneantur deponere de credulitate, an de ueritate? Vnde dic, q̄ in casibus, in quibus uerè cognosci potest ueneficium, tenentur deponere de ueritate, aliter de credulitate. Quare Oratores post Ciceronem dixerunt, hoc factum aliquando simplicem quæstionem habere, uidelicet: an homo perierit: aliquando duplicem, uidelicet: ueneno, an cruditate perierit. Ideoq̄ utraque pars quod proposuerit, tuetur. Occurrit hic mirabilis experientia, de qua non legitur apud Iurisconsultos, q̄ mortuus t̄ ueneno cognoscitur tum ex liuoribus in toto corpore, & spumis ore fluentibus, tum si cremetur corpus, cor illæsum remanet a ueneno præseruatum. vi-

de Sclerone in Galigula in principio. Et ubi de hoc facto controuersa sonet, a tali experientia non discederem. Animaduertendum tamen est, qd non solum ijs, qui veneno, sed qui etiam morbo cardiaco perierunt, euenisse legitur: quo argumento Plinius ait, Pisbæm in iudicio defensum fuisse.

S V M M A R I V M.

- 1 Præmeditatum maleficium non præsumitur, nisi appareat de antecedenti proposito. Et quò id probari possit?
- 2 Indicia debent esse perfecta in genere suo, ut de reo questio haberi possit.
- 3 Indicia remota per duos testes probari debent, aliter non habebunt uiras indiciorum. Et an testes debeant esse omni exceptione maiores?
- 4 Testes quando omni exceptione maiores ad probandum requirantur, et quando etiam non integri admittantur?
- 5 Præmeditatum an præsumatur, si non appareat de pura reo. Et in quibus casibus fallat?
- 6 Cõsuetus committere homicidia an ex hoc solo præsumatur ex proposito occidisse: et an possit poena ordinaria puniri?

De non præsumendo proposito, nisi probetur, et quomodo probetur, et in quibus fallat. Cap. V.

- 1 Non præsumitur † præmeditatum, nisi appareat de antecedenti proposito, quod cum non

possit probari directè, cum sit intrinseca qualitas, probari debet per exteriores qualitates, de quibus in hoc tractatu differitur. Et in hoc notandum est, quod iudicia debent esse perfecta in genere suo, nam sicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores, ita & iudicia in genere suo ad quæstionem habendam debent esse clara, nam eadem est ratio de toto, quo ad totum, quæ est de parte, quo ad partem; & e contra. vide not. in c. vi. de Tornè. Et remota, si aut quæ ipsa maleficium consequuntur, probari debant per duos testes, aliter non habebunt vires iudiciorum. Sed scriptores maxime dissident, an testes debeant esse omni exceptione maiores? Et secundum opinionem multorum quando tractatur de inquirendo, siue torquendo, testes non esiam integri admittuntur. Hippo. in s. diligenter numerum. & vide quæ dicuntur in ritu: per visum unius testis: Sed aliqui tenferunt præsumi cogitatū, quando non apparet de pura rixa: quia lex malè præsumit de homicidis. Sed dic, non præsumi cogitatum, nisi probetur, ut supra. Fallit tamen in latronibus; quia de ijs semper malè præsumitur. Fallit etiam in eo, qui consuevit committere homicidia, licet accusator non probauerit, & quando accusatus non probavit. & secundum Carrer. in tract. homici. potest puniri pœna ordinaria. Sed hæc opinio non placet, & sufficit ex hoc solo iudicio

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Accusator & accusatus in casu propositi possunt utrinque probare.
- 2 Probatio indirecta in criminali causa sæpe conceditur.
- 3 Negatiua facti ubi habet annexam determinationem loci, uel temporis, uel alterius rei, indirectam habet probationem.
- 4 Testes deponentes de negatiua, præferuntur testibus affirmantibus etiam dignioribus.
- 5 Negatiua probatio non admittitur in probatione intuitiua, ut quando testes deponunt uidisse factum, & sunt in sufficienti numero, & quando qualitas testium est in iure approbata.
- 6 Negatiua coarctata loco et tempore potest probari, quia equipollet affirmatiue.
- 7 Reus post didicita testificata, & conclusum in causa, potest super eisdem probare, secus accusator.

In causa propositi utrinque probatur etiam in contrarium. C. VI.

- 1 IN casu propositi trans accusatus, quam accusa
- 2 tor possunt utrinque probare. Hoc t̄ amplius in qualibet causa criminali sæpè conceditur indirecta probatio, uidelicet: quando reus negat interfuisse die, & loco probatis per testes, & vult

- probare se fuisse alibi. Index admittet eum ad
 3 probandam dictam negativam: quia ubi t nega
 tiua facti habet annexam determinationem loci,
 vel temporis, vel alterius rei, tunc indirectam ha
 beret probationem. in. & ibi Bald. ff. de probatio.
 Et secundum Collumba. in tractat. malefi. testes
 4 t deponentes de negativa, ut supra, preferuntur
 testibus affirmantibus, etiam dignioribus. Atta
 men Bald. sibi contrarius in l. fin. C. de testi. di
 5 xit, qd t in probatione intuitiva quando testes de
 ponunt vidisse factum, & in sufficienti numero,
 & quando qualitas testium est approbata in iure,
 tunc non admittitur probatio negativa in contra
 6 rium. Sed credo t qd quando negativa est coar
 ctata, ut supra, possit probari, quia tunc aequipol
 let affirmatiua, & qd vtrinque possit probari, vi
 detur concedi, in l. Moysis. c. xxi. l. os. Sed reus
 7 t post didicita testificata licet sit conclusum in cau
 sa, potest tamen etiam super eisdem probare: se
 cus accusator. Hippo. in. si sequens nu. vi.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Indiciu uarie diffinitur, & diuersimode nuncupatur.
 2 Argumentum, signum, & prescriptio sunt minora, quam
 indiciu.
 3 Indicia ut tortura sufficiunt, quomodo cognosci possint.
 4 Indiciorum duo sunt genera.
 5 Indiciu indicans propositum, indicat et insectorum,

licet non semper puniatur de proposito.

- 6 Indicium aliud est remotum & leue, aliud propinquum, & graue.
- 7 Indicium propinquum quodnam sit? & quod remotum?
- 8 Negotijs attributa quomodo considerentur?
- 9 Tempus præteritum maximè ualet, nam & que fiant, & que futura sint, ex præteritis colliguntur.
- 10 Propositum indicantia qualia esse oporteat?
- 11 Præsumptio iuris & de iure non recipit probationes in contrarium, secus de præsumptione iuris.
- 12 Negotium omne per tria tempora certioribus argumentis arguitur.
- 13 Indicia ante delictum ex quibus capiuntur?

De diffinitione, et genere indiciorum:

Cap. VII.

- 1 **I**ndicium t̄ variè diffinitur, & dicitur signum alicuius maleficij commissi, vel alterius rei, de qua agitur, & variè nominatur uidelicet, argumentum, signum, & præsumptio. Sed hæc
- 2 t̄ duo sunt minora, quàm indicium. Et dicunt omnes, quòd non potest dari certa doctrina. Sed secūdum Bart. in l. fin. ff. de quæstiō. potest
- 3 dari t̄ aliqua via ad cognoscendum indicia suffici-
- 4 cientia ad torturam. Indiciorum t̄ duo sunt genera, vnum quod indicat aliquem deliquisse, &
- 5 ex proposito, & omne quod t̄ indicat propositum, indicat & interfectorem, licet non semper

PRÆMISSA.

punijatur de proposito, & hoc euenit, quando ri-
 xantes obulant forte, & casu. Aliud indicat deli-
 quisse, sed non ex proposito, vt in tabula. Et in
 6 prædictis † indicium aliud est remotum, & leue:
 aliud propinquum, & graue. Propinquum est,
 7 quod † tangit negotium, vt vnus testis de visu,
 captus in loco delicti, & reliqua: Indicium vero
 remotum dicitur homo malæ conditionis, & si-
 8 milia. Et secundum Oratores † attributa nego-
 cijs, partim sunt continentia cum ipso negotio,
 partim in gestione negotij considerantur, partim
 adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium
 9 consequuntur. Sed præteritum † tempus ma-
 ximè valet, nam & quæ fiant, et quæ futura sint,
 10 ex præteritis colliguntur: & ea, quæ † in delicto
 fiunt, siue post, ad hoc vt indicent propositum,
 oportet esse eiusmodi, vt consequantur ab ante
 delictum gestis, & de industria facta videantur,
 de qua industria loquitur tex. in c. xxi. Exod. et l.
 militis agrum. ff. de re milita. Cice. in lib. ij. de In-
 uenti. tit. nunc ad causam coniecturalem. In præ-
 11 dictis † duplex est præsumptio vna iuris, & de
 iure, & hæc non recipit probationes in contra-
 rium, alia est iuris, & hæc recipit probationes in
 contrarium. Qualiter autem probentur indicia
 dicitur in titulo, de Indicijs per visum vnius te-
 12 stis: Postremo † quia per tria tempora omne ne-
 gotium arguitur certioribus argumentis, itaque
 per ea. executiam locos indiciorum in specie, de

15 quibus hætenus in genere dictum est; Ante tigi-
tur delictum capiuntur indicia a Persona, Causa,
Consijs. & is ordo est, facere voluerit, potuerit,
fecerit. Sed quæstio, an fecerit, incipit a secundo
tempore.

DE INDICIIS
PRÆMEDITATI ANTE
DELICTVM EX PERSONA
TRACTATVS PRIMVS.

S V M M A R I V M.

- 1 Persona rei qualis sit in omni delicto ante omnia intuen-
dum est.
- 2 Personæ qualitas demonstrat animum fuisse, aut non fuis-
se offendendi.
- 3 Malitia, & Incōtinentia rei, indicia maleficioj præstat, un-
de caput erunt accusationis, uel inquisitionis.

De Malitia, & Incontinentia.

Cap. I.



IN omni delicto ante omnia intuen-
dum, qualis sit, de quo quæritur: quia
secundum naturam incipiendum est
a persona: licet Cic. causas sæpe præ-
tulerit. Persona autem summitur, qua alijs ab

EX PERSONA

alio differt, tum in animo, tum in corpore, tum
 2 in extrâ positâ, & qualitas † personæ demonstrat
 animū fuisse, aut non fuisse offendendi l. si mater,
 C. ne de stat. defunct. Sed q, qualesuē homines in
 iuriâ faciant, et qualibus iniuria fiat, et quid cuiusq;
 rei, & quid cuique homini soleat accidere, scripsit
 Arist. in lib. i. & h. de arte Rethori. Sed Oratores
 post eum non sunt exequuti: quia impossibile, ac
 potius infinitum est. vide Quint. de argumen.
 lib. v. c. x. At res, quarum causa homines consti-
 tuunt contra ius lædere, duæ ferè capitales haben-
 tur, videlicet, Malitia, & Incontinentia: nam qui-
 bus quisque affectus est vitij, siuè vno, siuè plu-
 ribus teneatur, in ea re, cuius gratia vitiosus est, in-
 iurius quoque, atque iniustus euadit, malus enim,
 malè cogitat, et cor iniqui inquirit mala c. xxviiij.
 & xxix. Prouerbi. vide Arist. Rethori. i. cap.
 xxvij. Quare Malitia, et Incōtinentia caput erunt
 accusationis, siuè inquisitionis.

S V M M A R I V M :

- 1 *Fama rei est à iudice examinanda.*
- 2 *Fama quid sit, & quomodo consideretur: & an faciat suf-
ficiens indicium ad torturam?*
- 3 *Torqueri non potest reus ex indicio remoto à maleficio,
sed alia simul requiruntur.*
- 4 *Fama mala an non solum in eo, in quo quis infamatur, sed
etiam in alijs, rei opinionem grauet?*

- 5 Fama mala ad hoc ut noceat, debet esse in eodem genere mali.
- 6 Fama, seu infamia præcedere debet inquisitionem, alias non proceditur, nisi in casibus exceptis.
- 7 Fama mala indicium cessat, si probetur a tribus annis citrà reum fuisse bonæ vitæ.
- 8 Fama mala non sufficit, nisi convictus fuerit de infamia.
- 9 Fama bona tuetur reum à tortura.
- 10 Fama bona in genere tollit indicia in specie.
- 11 Testes specialiter examinati super mala fama an præferantur testibus deponentibus in genere de bona fama?

De fama reorum. Cap. II.

- 1 **E**Xaminari debet per Iudicem, cuius æstima-
tionis, & famæ sit reus, qualis etiam fuerit: propter enim malam famam delinquentis, facile præsumitur de insidijs, & dolo. cap. vi. hb. Iudi.
- 2 l. iij. ff. de suspic. tuto. Et fama t̄ est communis opinio voce manifestata ex suspitione proveniēs l. de minore. ff. de quæstio. & ibi Bart. & cap. ij. Reg. pri. Et variè consideratur, videlicet, in genere, & in specie: in genere quando fama est, q̄ aliquis est bonus, vel malus, vel etiam in aliquo genere mali: & per hanc non oritur aliquod indicium ad torturam secundum Bart. in l. fin. ff. de quæst. ibi, est homo malæ conditionis, est indicium quale quale, et non sufficit ad torturam sine alijs,
- 3 secus si esset unicum. Et t̄ est regula generalis, q̄ ex indicio remoto a maleficio reus non tor-

EX PERSONA

queretur; sed requiruntur alia simul. Sed secundum Brun. fama generalis parit indicium ad torturam; quoties iungitur cum fama speciali; & vita præcedens magnam partem defert ad præsumendum quod, quid sit; Unde t̄ caueat vnusquisq; quia non solum in eo, in quo quis infamatur, sed etiam in alijs grauatur eius opinio. Vide eundem in glo. circa tertiam, & quintam. Sed t̄ omnes dicunt; q̄ ad hoc, vt mala fama noceat reo, debet esse in eodem genere mali: quia ex dissimilibus non oritur coniectura. Fama, seu t̄ infamia præcedere debent inquisitionē, aliter non procedetur, nisi in casibus exceptis per Hippo. in §. constante num. xij. Item quando ex præsumptione hominis præsumitur contra aliquem propter malam famam in eodem genere malitiæ, potest admitti probatio in cōtrarium. Et indicium t̄ malæ famæ cessabit, si a tribus annis citrà probatur fuisse bonæ vitæ cap. cum in tua. extra de sponsalib. Item fama t̄ mala probari debet, & nō sufficit, q̄ ita dicatur de aliquo; nisi fuerit conuictus de infamia. Et qualiter probetur vide in c. l. de Parenti. Et diffinitio prædicta declarat, quæ requirantur in fama: quæ etiam probari debet secundum Hippo. in §. constante nume. cxvi. Idem secundum Oratores, quando dicunt, deinde vita hominis ex ante factis spectabitur, in quo considerabit accusator, num̄ quando simile quiddam fecerit, si id non reperiet, num̄ quando venerit in similem

similem suspicionē de quo per auctor. ad Heren.
 lib. i. & Cic. lib. ij. de Inuēt. tit. ij. Quarè mala fama
 contra aliquem oriri non debet, nisi vtsupra, &
 nisi reus conuictus fuerit, & quando mala fama
 apparebit, vtsupra, non solū inditia summentur
 in eodem genere mali, sed etiam in diuerso secun-
 dum Brun. vtsupra, & ratio Oratorum reddi po-
 test. Deindè qui fecerit illud tā nequiter, eundem
 » hoc tam perperam fecisse, non est mirandum.
 »
 9 Contra autem t propter bonam famam non
 torquebitur secundum Bal. in l. i. C. locati. vbi
 multa similia dicit. Sed aliqui limitant non tor-
 10 queri ita grauitur. Hoc amplius dixerunt Tali-
 qui per bonam famam in genere tolli indicia in
 specie. Sed multi contra dicunt, q̄ quando testes
 11 sunt t specialiter examinati super mala fama ali-
 cuius, tunc tales testes præferuntur testibus depo-
 nentibus in genere de bona fama, notatur in cap.
 cùm oportet extra de accusa. Alia verò est fa-
 ma in specie de aliquo particulari facto, & q̄ tale
 quid sit, vel non: & differt a supradicta: quia re-
 spicit vitam hominum, vtsupra. Hæc verò respi-
 cit negocium, de quo quis accusatur, et oritur ex
 circumstantijs negotij; ideo de ea dicetur in titu.
 post delictum.

S V M M A R I V M.

1 *Conuersatio mala est malæ actionis indicium.*

C

EX PERSONA

- 2 *Suspitiones malæ trahuntur ex conuersatione, & uictu.*
- 3 *Conuersans cum inimicis occisi præsumitur ex proposito occidisse.*

De conuersatione, & uictu. C. III.

- 1 **M**Ala t̄ conuersatio est malæ actionis indicium: nam qualis quisque est, tali consortio delectatur: & ideo si commissum sit homicidium, & Titius sit solitus conuersari cum homicidis, ex tali conuersatione habebit contra se indicium dicti homicidij. Guid. suzza, in tit. quæ, & qualia: Hippo. in s. expedita in fine. Idem in l. Mosis cap. iij. & xxiiij. prouerb. & xvi. Isaiæ, & xxi. Deute
- 2 ron. Idem t̄ secundum Oratores ex conuersatione, & uictu multæ trahuntur suspitiones. secundū Cic. lib. i. de inuent. tit. xij. & ij. tit. ij. Prætereā
- 3 conuersatio t̄ sæpè accipitur in alio genere, videlicet, si occisor fuerit uisus conuersari cum inimicis occisi, præsumetur q̄ ex proposito occiderit. Sed talis conuersatio non respicit personam, sicut supradicta; sed potius respicit tractatum, & consilium; ideo de ea dicitur in tit. ex consilio in uers. quo cum uisus sit, ubi magis congruit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Cōsuetus deliquere, ex hoc solo indicio an torqueri possit?*
- 2 *Associans post delictum præsumitur occulte auxilium præbuisse.*

- 3 Indicia potiora quare requirantur quando queritur de
interfectore quam quando queritur de proposito?
- 4 Solitus delinquere quis dici possit?

De consuetudine delinquendi.

Cap. IIII.

¶ **Q**VI affuevit delinquere, potest torqueri ex hoc solo indicio secundum Gand. in titu. de præsumptio. Idem secundum Oratores; est enim consuetudinis vis naturæ perq̄ similis. Idem secundum Moysen, is, cui mos est delinquendi, contemnit omnem correctionem, & poenæ comminationem; cap. xviii. prouerb. Sed Hippolytus cum alijs contrarium tenet in s. diligenter num. xcix. Circa prædicta dic, aut ignoratur de interfectore, & de eo queritur, & tunc aliquis non torquetur ex hoc solo; aut constat de interfectore, sed queritur de proposito, & tunc torquetur, si constabit eum solere occidere, & hoc quando nõ probabitur pura rixa. Sed Lud. Carer. sentit in dicto casu posse damnari sine tortura in tract. homici. nu. xlvij. Sed hæc opinio non placet, & potiora indicia requiruntur ad explorandum quis fecerit; quam ad explorandum quo animo, cum de homicida constat: quia tunc in dubio præsumitur occidisse propter talẽ præsumptionem, q̄ sit solitus: & hoc casu oneratur probare contrarium, licet regulariter non præsu-

EX CAUSIS

- matur propositum, nisi probetur, prout in simili
- 2 dicitur, q̄ contrā associantem post delictum ori-
tur præsumptio de occulto auxilio, & reus cogi-
tur probare contrariū secundum Hippo. in §. con-
 - 3 stante nu. lv. Quare autem t̄ potiora indicia re-
quirantur, quando quæritur de interfectore, q̄
quando quæritur de proposito, ratio est, q̄ quan-
do constat, quis fecerit, lex de eo præsumit omne
malum, & iungitur cum illa præsumptione, q̄
consueverit, & sic duæ emergunt præsumptio-
nes; & hoc casu affines delicto propter secutum
effectum, secus quando quæritur de homicida:
quia tunc q̄ assueverit, est solum indicium, & re-
motum a maleficio: quia non constat de effectu
 - 4 aliquo. Sciendum est, q̄ solitus t̄ dicitur quan-
do quis est conuictus bis deliquisse, & secun-
dum aliquos ter. vide Innocent. cap. i. de fideiuss.
Idem secundum Oratores secundum Cic. ij. de In-
uent. tit. ij. de cōstit. contec. ibi. Si quo in pari antè
peccato conuictus sit. Et secundum Aristotelem
consuetudine fieri videntur, quæ idcirco faci-
mus, quia sæpe numero fecimus. vt per eundem
Rhetoricorum primo cap. xxix.

S V M M A R I V M.

- 1 Progenies bona, uel mala, bonum, uel malum indicium
prestat.
- 2 Natio præsumptionem de hominum natura præbet.

3 *Sexus, ætas, animi natura, conditio, fortuna, amictus, risus, & ingressus suspensionem contrà reum præstant.*

*Dè progeie, & natione, & talibus
similibus. Cap. V.*

1 **Q**UOD quis sit & natus de bona, seu mala pro-
genie bene, seu male præsumitur secundum
Gād. in tit. de præsumpto. & indi. dubi. Moysen
2 cap. i. & xxvij. & lxx. Isaiæ. A natione, & simili-
liter præsumitur de natura hominum: nam genti-
bus proprii mores sunt: sunt enim nationes, quæ
homines facile interficiunt, & diuersis vitijs tenen-
tur. Bald. in l. fin. C. de hæred. instituend. Apost.
ad Titum cap. i. ibi Cretenses semper mendaces.
3 A sexu & aliud in viro, aliud in foemina creditur
Liquisquis. C. ad l. Iulii. maie. Ab ætate, aliud
alijs annis magis conuenit. l. qui cum vno. ff. de
,, remilit. Ab animi natura: Est enim auaritia, ira
,, cundia, misericordia, crudelitas, aliaq; ijs similia
,, afferunt frequenter fidem, ac detrahunt: nam qui
bus quisque obuolutus est vitijs, quorum gra-
tia vitiosus est, iniustus quoque, atque iniustus
euidit, vide Arist. cap. xxvij. Rhetori. lib. i. A
condicione, & fortuna: distat enim an clarus, an
obscurus quis sit. l. capitalium. ff. de pœ. secundum
Suzza. in tit. quæ, & qualia. Ab amictu, risu, in-
gressu. vt per Moysen c. xix. Ecclesiæ. in fi. Sed
que supradicta sunt de natura hominis pariter

EX PERSONA

tantummodo aliquam suspicionem secundum
Antiquos, quando dicunt, & de natura licet ali-
quātulum ducere suspensiones: Omnia enim hæc,
vir, an mulier, huius an illius civitatis sit, quibus
sic maioribus, quibus consanguineis, qua ætate,
quo animo, quo corpore, quæ naturæ sunt attri-
buta, ad aliquam coniecturam faciendam perti-
nebunt. Cic. lib. ij. de Inventio. titu. ij. de consti-
tu. coniectu. Est ratio prædictorum reddi po-
tente: quia virtutes, & vicia in potestate nostra
sunt, & non est quid positum in naturalibus causis,
sed in voluntate, studio, disciplina, quæ tollunt
omnia, cap. ij. & in proverb. vide Cic. de fato in
principio.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Physiognomia mala facit præsumi in genere quem ad
scelera proclivum, sicut a bona, bene præsumitur.
- 2 Tortura inchoanda est ab eo qui habet malam physio-
gnomiam.
- 3 Hominum mores, naturæq; ex corpore, oculis, aultu, fron-
teq; Zopirus Physiognomus: noscere profitebatur.
- 4 Chyromantia de homine præsumptionem probet.

De Physiognomia, & Chyromantia.

Cap. VI.

- 1 EX Physiognomia & mala præsumitur quem
ad scelera proclivum, sicut etiam a bona be-

ne præsumitur secundū Bald. in l. ij. C. quorū appel. non reci. Idem in l. Moyſis ca. xix. Ecclesiasti. ibi, ex visu cognoscitur vir, & cap. ij. Isaia, ibi, agnitio vultus eorum respondet eis. Sed ex his præsumi potest in genere, non autem in specie de aliquo delicto, nisi alijs concurrentibus, licet Paris de Puteo dicat per Physiognomiā bis iudicasse; vide eum in dicto tractatu, colum. viij.

2 Unde dixerunt t̄ aliqui, q̄ si plures rei sunt torquendi incipiendum est ab habente malam physiognomiā. Legitur etiam t̄ q̄ Zopirus physiognomus proficebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Sed dic q̄ aliquantulum præsumitur per textum c. xvi. Reg. i. ibi, ne respicias vultum eius,

3 qm̄ abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. A Chyromantia t̄ secundū multos præsumitur de homine, nullum tamen verbum legitur apud Iuriconsultos. In l. Moſis legitur c. xxxvij. Job, ibi, qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Unde dicitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

» xum c. xvi. Reg. i. ibi, ne respicias vultum eius,

» qm̄ abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico.

4 A Chyromantia t̄ secundū multos præsumitur de homine, nullum tamen verbum legitur apud Iuriconsultos. In l. Moſis legitur c. xxxvij. Job, ibi, qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Unde dicitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

» deticitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

» deticitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

» deticitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

» deticitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

» deticitur, posse præsumi arte ea media, & illum textum Iudæi sic fuerunt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & non frustra positas. Sed nostri intelligunt in manu, id est, in potestate hominum. Verūm pro opinione Iudæorum est textus cap. xij. Exo. vbi videtur probari lineas esse positas ad aliquid significandum de homine, & esse signum naturæ. Apud Oratores non le-

EX PERSONA

gitur de supradicto indicio, sed de Physiognomia sæpè.

S V M M A R I V M .

1. *Indicium oritur à nomine, si cum eo mala fama cõcurrat.*

De nomine. Cap. VII.

1. **A** Nomine † secundum scribentes oritur indicium, si cum eo concurrat mala fama, ut puta q̄ quis esset malæ famæ, ut q̄ vocaretur Rampinus. Sed secundum Cicer. ñ. de inuent. non nunquam aliquid suspicionis nascitur; & secundum Quint. lib. v. de argumentis Nomen in argumentum rarò cadit; nisi cum aut ex causa datum est, aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam: & hæc est verior opinio. Idem in l. Mosis primo Regum, cap. xxv. ibi, quoniam secundum nomen suum stultus est.

S V M M A R I V M .

1. *Indicium propositi à pallore oritur contra reum;*
2. *Affectus animi exterioribus indicijs cognoscitur.*
3. *Pudorem rubor, terrorem pallor, ac tremor, & dētium crepitus consequuntur.*
4. *Animus et corpus propter affectionem sæpius commutatur: quod ante, uel post delictum contingit.*
5. *Indicia ex animi et corporis cõmutatione ante delictũ contingunt à quibus tractata, & an indicent propositum;*

- 6 *Indicia ex animi et corporis cōmutatione contingentia ante delictum magis urgent ad indicandum propositum, quàm post delictum ad indicandum maleficium.*

De pallore: Cap. VIII.

- 1 **A** Pallore et alijsque similibus oritur indicium: propter enim temporarios animi motus ante delictum apparentes male præsumitur, & torquetur reus, ut puta, si quis visus fuerit pallere, paucere, aut aliter vultu moueri, et non appareat causa, si paruo interuallo aliquem occiderit, seu vulnerauerit, præsumitur proposito deliquisse: natura enim comparatum est, ut si quis cogitet delinquere, sitque in actu proximo delinquendi, vultu moueatur, detque indicia qualitatis intrinsicæ: vnde oriuntur signa conscientie: & sic exterioribus indicijs cognoscitur affectus animi. Et reuera quid accidit diffuso sanguine, aut contracto: nam pudor extra sanguinem diffundit, timor vero contrahit. Et pallor eiusmodi secundum Philosophos accidere solet vehementi cogitatu, in subito motu, sanguine se ad interiora recipiente: Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, ac tremor, & dentium crepitus consequantur secundum Cic. iij. Tuscul. quæstio: & etuenit et propter affectionem, quæ est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, ut Laetitia, Cupiditas, Metus, Molestia, et alia similia, quæ ponuntur a Cic. lib. i. de Inuentio. et,

EX PERSONA

confirmatio. Et prædicta contingunt bifariè, videlicet, ante delictum, & post: De contingentibus post delictum fit mentio per omnes, maxime in l. de minore §. tormera. ff. de quaestio: Sed de contingentibus † ante delictum, & sic de suprascripto indicio non, nisi per Græcos, & Quint. li. v. de argumentis cap. x. Sed in l. Mosis cap. xx. Neemiae, 33 ibi, quare vultus tuus tristis est, cum te egrotum 33 non videam? non est hoc frustra, sed malum ne 33 scio quod in corda tuo est. Item suprascripta differunt, quia ante delictum indicant propositum, post autem delictum indicant solum deliquisse 6 Item † differunt, quod ante delictum magis vrgent ad indicandum de proposito, quam post delictum ad indicandum de delicto. De ratione diuersitatis dicitur infra in tit. post delictum.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus pot probare contrarium etiam post didicita testificata, & potest retorquere: et an prædicta indicia sine alijs sufficiant?
- 2 Causa delicti debet ostendi, alias indicia contra reum nullam vim habent.
- 3 Indicia personæ sine causis non valent.
- 4 Persona sicut indicat potestatem et uoluntatem fuisse reo, ita ex contrarijs non fuisse demonstratur.

Pro reo. Cap. IX.

Dictum est supra contra reum. Sed pro reo ex contrarijs facile suppetet contradicendi

- 1 facultas. Potest enim \dagger in contrarium, & post dicta testificata probare. Secundo potest retorquere: quia indica personæ in diuersum trahuntur. secundum Quint. de coniec. Tertio prædicta indicia non sufficiunt sine alijs, cum sint remota. Barto. in l. fin. de quæstio. Quarto secundum
- 2 \dagger aliquos nullam vim habent, nisi aliquid quare factum sit, ostendatur: cum nihil sine causa fiat, vt in sequenti tit. in principi. vide Cic. de inuentio.
- » lib. ij. tit. ij. ibi, vt enim animum alicuius improbare nihil attinet, cum causa, quare peccarit, non intercesserit, si causam peccati intercedere leue est, si animū nulli minus honestæ rationi affinis ostendatur. Et per prædictam sententiam concluditur notabile, qd indicia \dagger personæ non valent sine causis, & è contrà. Demum nota pro reo non solum hic, sed in omni causa, & contrà quælibet indicia locum habere, Arist. in lib. ij. c. xxxv. Rhetor. ibi, quibus autem rationibus demonstrari possit, factam rem non fuisse factè ex contrarijs suppetet facultas. Quare sicut \dagger persona indicat potestatem, & voluntatem fuisse reo, ita non fuisse demonstratur, & sic in reliquis.

D E I N D I C I I S
P R Æ M E D I T A T I A N T E
D E L I C T V M E X C A U S I S
T R A C T A T V S I I .
S V M M A R I V M .

- 1 *Indicia causarum quæ sint?*
- 2 *Querendum est quot, & quante sint in reo cause, ut earum causa deliquisse uideatur.*
- 3 *Causa quæ proprie dicatur?*
- 4 *Causa in impulsione, & ratiocinationem diuiditur.*
- 5 *Impulsio quid sit?*
- 6 *Rationatio quid sit? & quando interfuisse uideatur?*
- 7 *Propositum non arguitur, quando trixa fuerit inopinata, licet causas præcedant, tam secundum legem Mosis, quam iura ciuilia.*
- 8 *Propositum non censetur, nisi industria, & insidia intercesserint.*

Quid sint causæ, & quomodo distribuuntur, & quod ex ijs oriatur propositum. Cap. I.



1 **P**ost supradicta indicia sequuntur indicia † causarum, quæ sunt, Impulsus ad aliquid agendum, cum nihil sine causa fiat: nam nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid quare factum sit,

2 ostenditur. Itaque ꝑ decet quærere, quot, &
 quantæ sint in reo causæ, vt earum gratia deli-
 quisse videatur. l. qui cū vno. ff. de re milit. in fine.
 ,, Idem in l. Moÿs c. xxi. Iosua, ibi, nec ante biduū,
 ,, triduū, mœ probatur inimicus. Idem secundum
 Oratores secundum Cic. lib. ij. de inuent. tit. ij. de
 3 constitutu. coniectura. Causa ꝑ propriè dicitur id,
 ex quo, vel propter quod aliquid fit. Sed quan-
 do per causas oriatur propositum, ex infra scriptis
 4 locis Oratorū accipi. Causa distribuitur ꝑ in Im-
 5 pulsionem, & Ratiocinationem. Impulsio ꝑ est
 ,, quæ sine cogitatione per quandam animi affe-
 ,, ctionem aliquid hortatur, vt amor, iracundia,
 ,, ægritudo, violentia, & omnia, in quibus animus
 ,, ita videtur affectus fuisse, vt rem perspicere cum
 ,, cura, & consilio non potuerit: & id quod fecit,
 ,, impetu quodam animi potius, quàm cogitatione
 6 fecerit. Ratiocinatio ꝑ autem est diligens, & con-
 ,, siderata faciēdi excogitatio. Ea dicitur tunc inter-
 ,, fuisse, cum aliquid faciendum certa de causa vitas-
 ,, se, aut sequutus esse animus videtur, vt si amici-
 ,, tiæ quid causa factum dicitur, si inimici vlciscen-
 ,, di, si metus, si gloriæ, si denique alicuius retinen-
 ,, di, augendi, adipiscendi ue commodi; aut contra
 ,, rapiendi, diminuendi, deuitandi ue incommodi
 ,, causa. vt per Cicer. loco quo supra. Idem apud
 7 Moÿsen, quis ꝑ non punitur de proposito, licet
 voluerit occidere, & sint causæ, dummodo non
 occiderit per industriam, & insidias. cap. xxi.

EX PERSONA

Exo. ibi, qui percusserit hominem volens occidere, & ibi, si quis per industriam. Idem apud Iurifconsultos, quando rixa fuit inopinata, licet causæ præcedant, non tamen erit propositum Bald. in l. prima. C. ad l. Corne. de sicar. Conclufiue
1 secundum omnes, propositum t non censetur, nisi industria, & insidiæ intercesserint, vt in locis supra traditis. Nec mihi detur vicio integro stoccos Oratorum recitasse, eorumque verba vfurpasse: quia tanta vis est, vt nec syllaba quidem prætereunda sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Cause, quas in maleficio quærere oportet, quot sint?
- 2 Causas in adulterio, uel furto quærere nihil attinet, quia illas ipsa crimina secum habent.
- 3 Competitorum, uel riuorum altero interfecto, præsumitur contra alterum.
- 4 Phyltra amatoria ab amante propinata libidinis faciendæ gratia censentur.
- 5 Cause ad hoc ut probent, debent esse in processu probatæ in specie, non in genere.
- 6 Testes deponentes in genere, & non in specie super causis non probant.

*De causis quinq; per quas delinquitur,
& quomodo probentur. C. II.*

- 1 Cause, vnde t omnis humana oritur actio, et quas in maleficio quærere oportet, sunt se-

- ptem secundum Aris. lib. i. de arte Reth. c. xxvij.
 Sed secundum alios potest ipsum hæc maxime spe-
1. statur, Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas; nam
 2. reliqua in has species cadunt, & de ijs in homici-
 3. dio præcipue quæritur: in alijs vero, ut in adul-
 4. terio, & furto de causis frequenter quærere nihil
 5. attinet: quia illas per se ipsa crimina secum habent
 6. secundum Quint. de conjectura lib. vij. c. ij. De
 7. supradictis causis fit mentio in l. cum ratio. ff. de
 8. ho. damna. ubi pater interficiens eum, qui filium
 9. suum hæredem instituerat, propter istud commo-
 10. dum fecisse videtur. Idem de alijs causis l. si ob stu-
 11. prum. ff. de condi. ob tur. caus. l. vni. ff. de ambi.
 12. ubi potest. et summi iudicium in duobus cõpetito-
 13. ribus eiusdem honoris, siue etiam in duobus ri-
 14. ualibus, ut vno interfecto præsumatur contra al-
 15. terum, Præterea ob libidinis faciendæ appetitum
 16. pocula et amatoria, quæ phyltra vocantur, cæte-
 17. raque huiusmodi flagitia commisisse homines de-
 18. prehensi sunt l. ij. & toto tit. C. de malef. Cau-
 19. sã ad hoc et ut probent, debant esse probatæ in
 20. processu in specie, non autem in genere; & testes
 21. deponentes et in genere, & non in specie super di-
 22. ctis causis non probant, vide notata in cap. cum
 23. oporteat de accusatio.

S V M M A R I V M.

1. Cause quot circumstantias continere debeant?

EX CAUSIS

- 2 Occidisse ille *presumitur*, qui occidendi *causam* habuit.
- 3 Deliquisse ille *presumitur*, qui ex delicto *commodum* consequitur. uel *incommodum* euitat, uel cui ita forte uidetur.
- 4 Iudex animaduertit quo animo quid quisq; faciat, non quo euentu utatur.
- 5 Accusator reum ex *causis* demonstrabit.
- 6 Iudices per *causas* reum *querent*, cum is ignoratur.
- 7 *Causae* non solum indicant *propositum*, sed etiam reum.
- 8 *Causae* debent esse *grauiores*, quotiens *queritur* quis deliquit, quam quando *queritur* *propositum*, cum de reo constat.
- 9 *Propositum* ex leuibus *causis* *presumitur*, non delictum.
- 10 Quando constat quis fecerit, lex de eo *presumit* omne malum propter *secutum* effectum: secus quando *queritur* quis fecerit, quia non *presumit* pro leui *causa* occidere.
- 11 Animi uicium cum *causa* *conglutinari* ad indicandum reum licet, atq; qbus sit uicijs *subiectus* reus ostendere oportet.
- 12 Malus qui semel fuit in eodem genere mali semper *presumitur* malus.

Quomodo *causae* indicent *propositum*,
& reum, quando de eo ignoratur.

Cap. III.

- 1 IN *causis* duae *circumstantiae* insunt, uidelicet: I quis fecerit, & quamobrem fecerit. Unde
- 2 *si* quis fuerit *interfectus*, & ignoratur a quo, *queretur*

quæretur per supradictas causas: nam is præsumitur
 fecisse, qui faciendi causam habuerit. Idem se-
 3 cundum Oratores, probabile est, t̄ quod proba-
 „ tur reo expedisse peccare, vt cum quæritur nun-
 „ quid commodum maleficio acquisierit, num ho-
 „ norem, num pecuniam, num d̄ominationem,
 „ num aliquam cupiditatem amoris, aut nunquid
 „ incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, do-
 „ lorem, supplicium. Nihil tamen refert non fuisse,
 „ aut non esse aliquid commodi, aut incommodi,
 „ dummodo p̄tendi possit ei visum esse, qui argui
 4 tur: Iudex enim t̄ animaduertit quo animo
 quid quisque faciat, non quo euentu vtatur. I. S.
 siquis instrumenta: C. de latina libert. tollenda, vi
 de Auctor. ad Heren. lib. ij. tit. in causa coniectu
 5 rali. Et secundum t̄ Oratores in hoc loco caput
 „ illud erit accusatori, si demonstrare poteris aliq̄ ne
 „ mini fuisse causam faciendi, secundo loco t̄tam,
 „ aut tam idoneam nemini, sin fuisse alijs quoque
 „ causa faciendi videbitur, aut potestas alijs defuiss̄
 „ se demonstranda est, aut facultas, aut voluntas,
 6 Itaque t̄ Iudices per supradictas causas reū quæ-
 7 rent, cum is ignoratur; quia causæ non solum t̄ in
 dicant propositum, sed etiam reum, quādo igno-
 ratur, vt supra. Et regulariter omne, quod indi-
 cat propositum, indicat & reum. Animaduer-
 8 tendum Test, q̄ causæ debent esse grauiores, quo-
 ties quæritur quis deliquerit, quā quādo quæ-
 ritur propositum; cum de reo constat, & ratio

D

EX CAUSIS

est: quia nemo præsumitur leui causa hominem
 9 occidere. Secus quando † constat de delinquen-
 te, sed quæritur propositum: tali enim casu præsu-
 mitur propositum etiã propter leues causas.
 10 Et ratio diuersitatis est: quia quando † constat
 quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum
 propter sequutum effectum l. qui coedem. C. de
 flicar. Secus quando quæritur quis fecerit: quia
 tunc lex non præsumit omne malum, imò non
 præsumit pro leui causa occidere. vide quæ di-
 cta sunt in præcedenti tit. cap. iij. Præterea in
 11 † omni causa aliquid eorum, quæ personis attri-
 buta sunt, ad eam causam, qua communis peccat
 se dicetur, ad iungere licebit: & ita poterit animi
 ,, vitium cum causa conglutinari, hoc modo. Si di-
 ,, cetur pecuniæ causa fecisse, ostendet accusator
 ,, eum semper auarum fuisse: si honoris, ambitio-
 ,, sum. Idem in cæteris, quibus obnoxij sint, ani-
 ,, maduerti potest; uti in ijs rebus; & earum rerum
 ,, causa, quæ singulis vicijs; cupiditatibus; q̄ subie-
 ,, ctæ sunt, omnes immoderate, & impotenter ver-
 ,, sentur. Arist. lib. i. Rhetori. cap. xxvij. Sed Orato-
 ,, res post Arist. voluerunt, atque ex dispari gene-
 ,, re culparum, si ex pari summendi facultas non
 ,, erit, improbare animum aduersarij oportere; &
 ,, ratio est secundum eos, qui fecerit illud tam ne-
 ,, quiter, eundem hoc tam perperam fecisse non est
 ,, mirandum, vide Cic. in lib. ij. tit. de inuent. & lib.
 ,, ij. ad Heren. tit. in causa coniect. Verum prædi-

1. 2. Etis repugnat regula Legistarum, semel t malus praesumitur malus in eodem genere mali. Quandoque tamen etiam per ipsos conceditur.

S V M M A R I V M.

1. Inimicus an poterit torqueri, quando quis fuit interfectus, & nescitur à quo, si inimicitia fuerit capitalis?
2. Inimicitia est indicium remotum à maleficio.
3. Pluribus rixantibus si quis fuerit occisus, contra inimicum si de individuo non constet praesumitur, & ex hoc is poterit torqueri.
4. Nemo reperitur, qui non metuat, oderit, speret, & irascatur, per quas causas delinquitur.
5. Inimicus et suspectus quae probare debeat ne torqueatur.
6. Reus suspectus debet interrogari, ubi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.

*An inimicitia sola, & sic aliae causae
sufficiant ad torquendum.*

Cap. IIII.

1. Siquis est interfectus, & nescitur à quo, sed probatur t. q. Petrus erat inimicus illius, ex tali praesumptione poterit Petrus torqueri, secundum Spec. in 5. species. de praesumptio, & secundum Roman. in l. i. ff. ad Sylva. per textum. ibi. In suspicionem caedis, per quem tex. multi consentiunt semel posse torqueri, dummodo inimicitia

EX CAUSIS

„ sit capitalis: Adde cap. xij. Ecclesiast. ibi. Nunquā
 „ credes inimico. Sed moderni contra tenent, Hip-
 poly. in s. diligenter nu. lxx. quem multi sequuntur
 2 tur per multas rationes; maxime quod in inimicitia est
 indicium remotum; & dictum Speculat. intelli-
 gunt quoties necesse est vnum ex pluribus homi-
 nem interfecisset; & certum est delictum; & certae
 personae; sed incertum est de individuo; & tunc
 3 Tex illis pluribus poterit inimicus torqueri. Ora-
 tores multi consentiunt; quia multae causae sunt,
 quae inducunt ad maleficium; etiam latentes, &
 4 ignotae; cum nemo t̄ reperitur, qui non meruat,
 oderit, speret, & irascatur, per quas causas delin-
 quitur. Quare non consequitur, Petrus inimicus
 est; ergo occidit; cum alius potuerit occidere pro-
 pter supradictas causas, etiam latentes. Ego in
 hac difficultate pro conciliandis opinionibus dis-
 stinguo secundum Cic. in lib. ij. tit. ij. de Inuent.
 „ ibi. Maxime enim quæri oportet in hac constitur-
 „ tione. Primum potuerit aliquid fieri. deinde
 5 ecquo ab alio posuerit. Concluditur, t̄ quod si Pe-
 trus probabit alium ecquo potuisse occidere,
 non torquetur, aliter sic. Quare demonstrabit
 reus, aut alius quoque homo fuisse; aut alios quoque
 id, de quo ipse insimuletur, facere potuisse. vide
 Aucto. ad Heren. lib. ij. tit. collatio. Hac defen-
 sione usus est Cicero pro Murena in familiam
 Ancharianam, & pro Scavo circa mortem Bo-
 staris in matrem auertens crimen. Maximum au-

tem est remedium diffiniendarum quaestionum
 6 hoc casu, & omni alio: videlicet, q̄ suspectus in-
 terrogetur, vbi fuit, & cum quibus comedie tem-
 pore delicti. de hac interrogatione vide Bart. in
 l. fin. ff. de quaestio: & ita per locum, & tempus
 Oratores diffiniebant omne negotium.

S V M M A R I V M.

- 1 Rei defensiones contra causas.
- 2 Cause non indicant nisi cum vitio personæ iungantur.
- 3 Propositi suspitio ex quibus tollatur.

Pro reo contra causas.


Cap. V.

- 1 **P**rimo reus negabit t̄ fuisse causam, si poterit
 aut eam vehementer extenuabit; deinde ini-
 quum esse dicet, omnes, ad quos aliquid emolu-
 menti ex aliqua re pervenerit, in suspicionem rea-
 lesicij devocari. Tercio Cause t̄ non indicant,
 2 nisi cum vitio personæ iungantur: quia non in
 omnibus personis valent. Item dicet, aut com-
 „ modum nullum fuisse, aut parvum, aut alijs ma-
 „ gis fuisse, aut nihilo sibi magis, quam alijs. Cic. in
 3 ij. de inveni. tit. ij. Item t̄ monstratur, aut facul-
 tas, aut potestas, aut voluntas defuisse reo; per
 hæc enim videbitur reus aut non occidisse; & si
 occiderit, non ex proposito.

DE FACTO ANTE
 DELICTVM, SEV CON-
 TENTO CVM DELICTO
 INDICANTE CONSILIVM.
 TRACTATVS TERTIVS.

S V M M A R I V M.

- 1 Consilia post causas sunt intuenda.
- 2 Consilia quæ sint, & quomodo diffiniantur?
- 3 Consilia ante delictum quomodo considerentur, & proponantur?
- 4 Animus præsumptione uerbi, uel facti probatur.
- 5 Coniecturæ ex consilijs quæ uere indicent reum delicti?
- 6 Consilia referuntur ad partem indiciorum, quæ ex causis ducuntur.
- 7 Propositum ante delictum à quibus factis, dictisue indicatur.
- 8 Indicia dicti & facti, quibus non solum cognoscitur propositum, sed etiam reus, cum ignoratur.
- 9 Bacere qui instituit, & potuit, fecisse præsumitur.

- 1  **D**ost causas & intuenda sunt consilia: nam sicut causæ sunt impulsus ad aliquid agendum, ita consilia secundum ordo gerendorum ex causis venientium l. sæpè. ff. de verb. & rerum sig. Et consilia sunt aliquid faciendi, vel non faciendi excogitata ratio, & sunt præteriti, instantis, & futuri tempo-

- 3 ris. A præterito † consideratur quid ante delictum factum sit, ex quo spes perficiendi nata, & facultas faciendi quaesita videatur. Ideo in reo
 „ consideratur, ut nihil actum, nihilque dictum,
 „ nusquam ventum, aut abitum, nihil denique factum siue causa putetur. Et Iurisconsulti con-
 4 sentiunt per regulam, animus † probatur presumptione verbi, vel facti. Sed imprimis con-
 5 iectatur, an credibile sit reum sperasse † id a se socius effici posse, an ignorari, cum fecisset, an si ignoratum esset absolui, vel poena leui transigi. Hoc iudicium fuit Arist. in. i. lib. Rhetor. c. xxxi. quod Quint. per eadem verba usurpauit, in eide coniectura lib. vij. Sed in hoc differt, quod per Aristotelem refertur ad personam, Quinto vero refertur ad
 6 consilia. Et secundum † eundem consilia referuntur ad hanc partem iudiciorum, quae ex causis ducuntur. Et ita loquuntur Iurisconsulti. Vnde
 7 de omnia † dicta, & facta, quae indicant propositum ante delictum, comprehenduntur sub elementis xi. secundum Auctorem ad Heren. libr. ij. & ante eum Aristot. praedicamenta decem constituit, de quibus dictum est in tabula. Quare ordine Auctoris excutiam iudicia † verbi, & facti: & hoc modo non solum cognoscetur propositum, verum etiam reus, cum ignorabitur, Bart. in l. fin. ff. de quaestio. ibi, vel quia inimicus, vel
 „ quia fecerit apparatus. Idem secundum Oratores: est enim maxime consentaneum, atque pro-

EX FACTO ANTE DELIC.

- „ babile, vt qđ quis instituit facere, fecisse etiā videā
9 tur. Si statuit † facere, & potuit, fecit igitur si at-
„ tentauit, perpetravit igitur quia omnes quod vo-
„ lunt, & possunt, etiā exequuntur, & faciunt:
„ vt per Aristotelem lib. ij. Rhetor. c. xxxv.

S V M M A R I V M :

- 1 Tractatus profumi potest ex loco, ubi reus fuerit.
- 2 Reus ut de tractatu possit condemnari, tria concurrere debent, secreta locutio; inimicitia capitale vane occiso; & quod homicidium sit factum incontinenti.
- 3 Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex suspectum interrogare debeat?
- 4 Conuiuia indicant propositum, & seditiones.
- 5 Locus quot modis accipitur?
- 6 Tractatus initia, et consiliorum ex loca comprehenduntur.

*Elementa autem, de quibus supra;
sunt ut infra.*

I.

- 1 **V**bi fuerit † videlicet, secundum textum in l. qui cum vno. s. fin. ibi, examinantur causae, & cur, & vbi fuerit, & quid egerit. ff. de re milit. Idem apud Cicer. in oratione. i. in Catilinam ibi, vbi fueris, quos conuocaueris, quod consilij caperis, quem nostrum ignorare arbitraris? Vnde si qui secreto fuerint in aliqua domo, seu loco: si

exterint, et occiderint, præsumetur de tractatu, & poterunt torqueri: notatur in l. i. C. de ser. fugi.

Sed aliqui volunt, q̄ interueniat secreta locutio: sed credo sufficere, q̄ couenerint in illum locum: nam secreta locutio necessario subintelligitur.

2 Sed multi t̄ tenent posse damnari, si tria concurrant. Primo secreta locutio, secundo inimicitie capitales cum occiso, tertio q̄ homicidium sit sequutum incontinenti secundum l. si in supradicta l. Sed de hoc dubitatur secundum Ioan. Andre. in additio. ad Specula. de præsumptio. vers. xiiij. Itaque tutius erit torquere, quam damnare.

3 Item sequens t̄ aliquo delicto noctu Iudex interrogabit suspectum, ubi fuerit illa nocte: cum quo pransit, vel conuiuq̄ et si reperietur mendax, orietur contra eum maxima præsumptio vide Bart.

4 in l. si ff. de quaestio. & ut t̄ plurimum constituta conuiuia indicant proposita, seditiones, & similia, ut Catilinæ, Lentuli, Cæthegi. Sceler.

5 dum, t̄ locum diuersis modis excipi, & tanquam speciem dicitur infra in delicto: ex hoc autem

6 t̄ comprehenduntur initia tractatus, & consiliorum ut supra.

S V M M A R I V M.

1 Loci si sint diuersi, diuersa coniectura concipitur contrarium.

2 Frequentatio loci indicat propositum.

EX FACTO ANTE DELICTO

- 3 Transitus per viam inconsuetam propositi indicium præbet.
- 4 Propositum indicat, si quis visus fuerit frequentare viam, qua illum, quem occidit, transiturum sciebat.

II.

- 1 **V**bi visus sit, videlicet, ob diuersos et locos diuersa coniectura concipitur secundum Gari-
- 2 di. in tit. de præsumptio. & indi. dubi. Vnde et si quis visus fuerit sæpe ire, & redire ex aliqua via, siue loco, vbi eo die, vel postero hominem interfecerit, præsumitur, quod sæpe transferit causa committendi tale delictum, argumē. l. iusto. ff. de vsu-
capio. Item si quis visus fuerit ire, vel venire per viam non consuetam, si hominem postea interfecerit, erit indicium propositi: nam præsumeretur voluisse committere scelus perpetrandum, aut ut occidendum magis incautum inueniat. faciunt doctrinæ in l. si. ff. de rerum diu. nam lex male præsumit de his, iuxta illud Euangelij, qui non intrat per ostium fur est, & latro. Item alij t. dixerunt, vbi visus est videlicet: ante delictum illic fuisse, qua transiturum inimicum suspicabatur: solent enim qui hostibus insidiantur, ea loca insidere, qua illos iter facturos arbitrantur, ut incautos opprimant. Item oritur indicium præmeditati secundum Bru. in glos. circa tertiã ibi, & illo sero, quo fuit factum homicidium, fuit visus ire per aliqua loca, in quibus vicinia eum non consueuerat videre.
- 3
- 4
- 5
- 6
- 7
- 8
- 9
- 10
- 11
- 12
- 13
- 14
- 15
- 16
- 17
- 18
- 19
- 20
- 21
- 22
- 23
- 24
- 25
- 26
- 27
- 28
- 29
- 30
- 31
- 32
- 33
- 34
- 35
- 36
- 37
- 38
- 39
- 40
- 41
- 42
- 43
- 44
- 45
- 46
- 47
- 48
- 49
- 50

S V M M A R I V M.

- 1 Sociorū qualitas suspiciōne maleficij et propositi inducit.
- 2 Conuersatio cum malis hominibus inducit iniditum ad torturam contra delinquentem.
- 3 Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & consilij.

I I I.

- 1 **Q**uo cum visus sit. qualitas † sociorum inducit suspicionem maleficij: quare si delinquens visus fuerit conuersari cum inimicis occisi, orietur indicium, q̄ de industria occiderit. Et secundum aliquos † per conuersationem cum malis hominibus oritur indicium contra delinquentem ad torturam secundum Hippo. in §. expedita nu. xcij. Sed de hoc dubitatur, dictum est supra de indicijs ex persona. c. iij. Sed in l. Mosis vrgens est indicium cap. xvi. Isaiæ. ibi, socij furum, & c. iij. prouerb. ibi, peruersi corde non inueniunt bonum. Item si sequatur † homicidium, si intercesserit associatio mali hominis, licet in ea nihil fecerit, præsumetur de malo consilio, & de præmeditato l. non ideo minus, & ibi doctores C. de accusa. & sic ex hoc simplici sociatu oritur indicium, vt supra, propter qualitatem personæ: nam consilia impiorum sunt dolosa c. xij. & xiiij. prouerb.
- 3

S V M M A R I V M.

- 1 Apparatus indicat propositum.

EX FACTO ANTE DELIC.

- 2 Arma ferens qui non assueuerit, præsумit præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit.
- 3 Arma euaginata portans præsумitur portasse ob facilitatem aggrediendi, & perficiendi delictum.
- 4 Exercens se in armis, cum non sit solitus, præsумitur de delicto præcogitare. Idem si acuerit arma, uel aliquam experientiam fecerit, uel in loco uicino arma reposuerit.
- 5 Præsumptio propositi insurgit contra illum, qui affortauit bona sua de loco, ubi homicidium commisit, ad locum, ad quem postea confugit. uel si bona, uel eorum maiorem partem alienauerit.
- 6 Apparatus non debet uideri frustra factus.

I I I I.

- 1 **N**unquid apparuit, uidelicet, equos† ad eundem, arma ad cædem, & alia, quæuis instrumenta pro facinoris, quod obijcitur, qualitate.
- 2 Vnde armans se non solitus: item ferens † arma, qui non assueuerit, præsумitur præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit, per quam tollatur prædicta præsumptio l. i. C. ad l. Cornæ. de sica.
- 3 Item portans † arma euaginata præsумitur portasse ob facilitatem aggrediendi, et perficiendi delictum. Item exercens † se in armis, cum non sit solitus. Item si acuerit arma, aut aliquam experientiam fecerit de illis. Item si reposuerit alicubi arma, ibi, uel etiam in loco uicino, postea deliquerit, præsумitur propositum. argumen. l. i. §. vi possidetis. ff. de vi, & vi armat. Quidam addiderunt nunquid fecerit, uidelicet, si asportauerit bo-

TRACTATUS III. 31

5 na t sua de loco, vbi postea commisit homici-
 dium ad locum, ad quem postea confugit: vel si-
 quis alienauerit bona, vel maiorem partem bo-
 norum suorum, si postea hominem occiderit,
 præsumetur contra eum de proposito secundum
 Blan. in glo. alienatio nu. lxxxvi. Non enim
 6 videri t debet frustra factus apparatus, cum nihil
 actum, nihilque dictum sine causa putetur l. qui
 cū vno. ff. de re mili. ibi, vbi fuerit, & quid egerit.

S V M M A R I V M.

- 1 Amicorum, vel sociorum certo loco et tempore conuentus,
et adunatio, ut eos ducat ad maleficiū, indicat propositū.
- 2 Amicus secutus amicum cum ense, ut aliquò eum comite-
tur, si obuiam forte inimico fiat, an et quando de auxi-
lio teneatur?
- 3 Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi
adesse, præsumitur particeps criminis.

V.

1 **N**unquam conuenerit, videlicet cum aliquo
 2 t statuit perficere certo loco, aut tempore.
 Vel secundum aliquos, nunquam iuerit inuen-
 tum, vt ducat ad maleficium. vide Fulgo. in
 3 h. q. si fugitiui. ff. de edili. edic. ibi, Amicus meus.
 4 venit t ad me, & dicit veni mecum, quia volo es-
 5 se in vno negotio meo. Ego accipio enssem, & se-
 6 quor eum: ipse autem fit obuiam inimico suo, &
 7 occidit eum, an ego tenear quasi auxiliator? Dicit

EX FACTO ANTE DELIC.

- 1 tur, q̄ si ignorans sum sequutus eum, & cum ip-
- 2 se insultatus est illum, ego me retraxi, q̄ nullam
- 3 pati debeo poenam: idem etiam si discedere non
- 4 potuissẽm; ubi autem cum potuissẽm recedere,
- 5 sterissẽm, tunc sine dubio non essem innocens.
- 6 Item sciens inimicum † offensi esse in certo loco,
- 7 conueniens, & ducens eum per dictum locum,
- 8 præsumitur particeps criminis l. pe. ff. vi bon. rap.

S V M M A R I V M .

- 1 *Associans delinquentem ante delictum uidetur socius cri-*
- 2 *minis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
- 3 *Conscijs qui sint, & qui teneantur de delicto?*

V I .

- N**Vnquem habuerit de conscijs, videlicet, al-
- 1 quem de ijs, cum quibus præsumitur tra-
 - 2 ctasse ab initio. Potest etiam † aliter intelligi vi-
 - 3 delicet: associans delinquentem ante delictum vi-
 - 4 detur conscius criminis, licet nihil fecerit, modo
 - 5 armatus fuerit, secundum Bal. in l. i. C. de ser. fug.
 - 6 Et hoc dicitur etiam in tit. post delictum. Alij
 - 7 etiam † sic intelligunt videlicet, hic, vel ille con-
 - 8 scijs fuit, vt in oratione pro Milone dicitur, Mar-
 - 9 cum Fauonium fuisse conscium voluntatis Clo-
 - 10 dij, cti dixerat, Milonem triduo periturum.

S V M M A R I V M .

- 1 *Propositiu indicatur, si peteres hospites, aut clientes do-*

mi delinquentis fuerint, uel si delinquentē habuerit malos famulos.

- 2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij indicium præstat.*
- 3 *Adiutores uariè considerantur.*
- 4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, præsumitur adiutor.*
- 5 *Delinquens si sit persona uilis, præsumitur cum auxilio fecisse.*
- 6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*
- 7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio an præsumatur de industria facta?*
- 8 *Rixa quando censetur pura, & quando præmeditata?*
- 9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*
- 10 *Præsentia si delicto adhibeatur, deliberationis indicium oritur, modo illa præsentia fiat animo se immiscendi, si opus esset. Secus si forte fortuna, & quando quis dicatur adesse causa se immiscendi?*

V I I.

- 1 **D**E adiutoribus, uidelicet veteres ⁊ hospites, aut clientes domi delinquentis fuerunt, uel habuit malos famulos: qua de re præcogitasse uideatur per tex. in. s. hoc autem in auct. de non alienan. Item ⁊ aliter si delinquens elegit idoneos, relinquendo inutiles domi: uel et potest dicere de potentibus amicis: hæc. n. præsidia non solū qui habet, plurimum posse uidentur, sed etiam ij qui tales amicos habent, aut conscios: siquidem auxi-

EX FACTO ANTE DELICTO.

- 3 līs nīs, ceu adminiculīs, & instrumentis fracti de-
 linquunt. Præterea varie † considerantur adiut-
 tores secundum Bal. in l. hæc verba. ff. de infra.
 4 Vnde si quis mutuat pecuniam alicui, & is, † cui
 mutuauit, statim conduxit gentes contra ciuita-
 tem mutuantis, vel quid simile fecerit, præsumit-
 tur mutuauisse tali causa, eritque præsumptio iu-
 ris, & de iure secundum Brun. in glo. circa quar-
 5 tam. Et simili † modo quando delinquens est
 persona seruilis, & magnum factus commisit,
 præsumitur cum auxilio fecisse l. quicumque. G.
 6 de ser. fugi. Item alter † potest intelligi, sicut
 apud Cic. spectatur comitatus Clodij, & Milo-
 nis. Et multitudo adiutorum parit iudicium deli-
 7 berationis; licet secundum † aliquos in dubia re
 non præsumatur coadunatio in pluribus occi-
 dentibus, nisi probeatur clare de industria coadu-
 natos esse, secundum Bald. in l. non ideo. G. de ac-
 cusa. Hippoly. in §. constante nu. xlv. Dicerem
 8 † tamen præsumi casu euenisse rixam, nisi probe-
 tur ante rixam coadunatos fuisse: nec est necesse,
 (iudicio meo) probare q̄ coadunatio sit facta de
 industria; sed sufficit probare, q̄ sit facta coadu-
 9 natio: etenim † præsumitur fieri malo animo ob
 effectum sequutum: nam si facta sunt ea, quæ po-
 sterius fieri, ac sequi solent, facta esse priora, &
 quæ illorum gratia instituebantur, existimandum
 10 est. Per præsentiam † adhibitam delicto oritur
 iudiciū deliberationis, modo illæ præsentia fuerit
 animo

TRACTATUS III. 33

animo se immiscendi, si oporteret: secus si forte fortuna secundum Bald. in l. i. ff. de ser. corrup. & tunc dicitur adesse animo, se immiscendi, cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

S V M M A R I V M.

1. *Armorum, ac ceterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*
2. *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*
3. *Adiumenta diuersis modis considerantur.*
4. *Pecunie suggestæ, et alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

V I I I.

1. **D**E adiumentis, videlicet, de his rebus quas delinquens auxilio fore arbitratur, ut puta, arma, et quælibet instrumenta: ex genere enim armorum, cæterorumque instrumentorum præsumitur animus, & atrocitas maleficii, secundum Bald. & Saly. in l. i. C. de emenda. ser. **Quare si**
2. **quis ambulauerit cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat animum occidendi l. i. §. diuus. ff. de sic. Adiumenta t quoque diuersis modis considerantur, sicut supra de adiutori-**
4. **bus: nam pecuniæ t suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.**

E

EX FACTO ANTE DELICT.

S V M M A R I V M .

- 1 **Locus**, in quo quis præter cōsuetudinem fuerit, uel in quo uersari non consueuerit, uel non debebat, propositi indicium præbet,
- 2 **Occidens aliquem in loco**, in quo uersari non solet, præsumitur consultò occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.

I X .

- 1 **N** Vnquo in loco † præter cōsuetudinem fuerit, uidelicet in quo suspectus erat, siue ubi uersari non consueuerat, nec debebat, notatur in
- 2 **l. i. s. diuus. ff. de sic.** Vnde etiam † si quis hominem occiderit in aliqua ciuitate, siue loco, in quo non sit solitus uersari, præsumetur consultò occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa, uide Bald. in l. fin. ff. de quæstio. & in l. fin. C. cod.

S V M M A R I V M .

- 2 **Tempus propositi argumenta præbere potest.**
- 3 **Temporis duplex est significatio**, generaliter enim, & specialiter accipitur.
- 3 **Tempus speciale ad inditia magis confert**, probationesq; affert inexpugnabiles.
- 4 **Tempus ad iudicia elicienda quomodo cōsiderari debeat?**
- 5 **Temporis longinquitas est inspicienda**, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium.

A Ut alieno t̄ tempore videlicet, minus conue-
 nienti, vt si noctu dicatur egressus domo, vel
 ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisse,
 & sic ex antecedentibus deducuntur argu-
 menta, videlicet; noctu exiisti, proficiscentem an
 recessisti, nunquid etiam noctu, quod in die fieri
 commodius videbatur posse. Et temporis t̄ du-
 plex est significatio; generaliter enim, & specialiter
 accipitur, præteritum habens, instans, & futu-
 rum; & constituta discrimina, vt æstate, hyeme,
 noctu, interdiu, & fortuita, vt in pestilentia, in
 bello, in cōiurio. Spectale autem tempus t̄ ad in-
 dicia magis confert, probationesque affert inex-
 pugnabiles. Vnde t̄ considerari debet tempus,
 & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliæ, &
 horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud
 Cicer. in oratione pro Milone, dicitur Otodium
 pridie eius diei discessisse, quo discessurum scie-
 bat Milonem, cuius ~~iter~~ solenne, & necessarium
 ignorari non poterat: Et Iurisperiti consenti-
 unt per tempus oriri iudicium ante delictum,
 in delicto, & post delictum, in quibus potest con-
 siderari, quid ocysus, & quid serius futurum sit.
 Et communiter t̄ in tempore perspiciendo lon-
 ginquitas eius est consideranda; nam sæpe oportet
 commesiri cum tempore negotium, vt in se-
 quenti titulo dicitur.

DE INDICIIS
HOMICIDII PRÆMEDITATI
IN DELICTO.

TRACTATUS. LIBRO III.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**ndicia propositi ex quibus in delicto oriuntur, & deducantur?
- 2 **C**oadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.
- 3 **O**bvians forte si occidat, nõ punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.
- 4 **A**ccidentia, quæ in delicto spectentur, ut indicia deliberationis oriuntur?



IN homicidio deducuntur indicia, considerando, cur t. aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, ut spes perficiendi nata, & quæ sit esse videatur: de qua industria legitur tex. cap. xxii. Exod. & l. fin. ff. de sica. & l. ij. ff. de vi bon. rapti quibus iuribus probatur, q. si homines t. ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc præmeditatum censetur, secus quando id cum consilio, & cura perspicere non potuerunt, & impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerint, vide Cicer. lib. ij. de inuentio. tit. ij. de con-

titu. coniectu. Idem secundum Bald. in homicidio ex aliqua causa, siue re non oritur indicium deliberationis, quando apparet q̄ rixantes sibi obuiauerint casu, vide eum in l. i. C. ad l. Cornel. de sica. Quinimò si quis t̄ habuerit animum occidendi, modo sorre obuians occidat, non punetur de præmeditato per tex. in cap. xxi. Exod. de hoc diximus supra in titu. de causis cap. i. In delicto autem hæc spectantur, Locus, Tempus, Modus, & Facultas, & per hæc accidentia oritur indicium deliberationis. Et sicuti inimicitia, & reliquæ causæ, atque consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsitæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?
- 2 Loci opportunitas ex quibus queratur?
- 3 Occidens hominem in prætorio, uel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.

A Loco præcipuè coniectatur, cum euidentiâ
 1 Loci t̄ sit vna ex quinque speciebus probationū, de quibus notatur extra de restitu. spoliatio: c. cum ad sedem, quare spectetur locus, in quo homicidiū factū est ex opportunitate, q̄ reus v̄ habuisse. Si vero t̄ opportunitas queritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate,

E iij

EX FACTO ANTE DELIC.

solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni, siue aduersi cōsilijs. Nūquid etiam eo loco occisus perspicī, aut exaudiri potuerit: & num demum locus publicus, vel priuatus, an sacer fuerit. Vnde si quis t occiderit hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse: quia nō est præsumendum, q̄ nisi magna causa voluerit in tali loco occidere, vide Alberi. in tract. iij. stat. ix. lxxiij.

S V M M A R I V M.

- 1 *Tempus reddit graue delictum.*
- 2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
- 3 *Temporis spaciū quomodo consideretur?*

- 1 **A** Tempore præsumitur: quia t reddit graue delictū l. aut facta. s. tempus. ff. de pœn. nam
- 2 lex præsumit contra t agens noctu iuxta euangelium, qui male agit, odit lucem. Quare de re si delictum fiat nocte, præsumitur deliberatum secundum Alberi. in tract. supradicto. Sed secundum Oratores latius dic, videlicet: qua parte anni; noctu, an interdiu, & quota diei ac noctis hora homicidium factum esse dicatur: nam etiam momenta valent, t et eiusmodi temporibus spaciū ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam rem transigendam; & potueritne reus se ipse satis ad id perficiendum spaciū futurum, et sæpe oport

33 tet commeteri cum tempore negotium, & videre
 33 potuerit ne aut magnitudo negotij, aut multitu-
 33 do rerum in eo tempore transigi: nam parui re-
 fert satis spatij fuisse ad id perficiendum, si id ante
 sciri, & ratione prouideri non potuerit. Idem pro-
 batur per glos. & quæ ibi. nota in l. si ut allegas: C. de fidei.

S V M M A R I V M.

- 1 *Occasio deliberationis indicium præbet. & quomodo ea consideretur?*
- 2 *Occasio quæ proprie sit? & ex quibus oriatur?*
- 3 *In tempore quæ considerari oporteat, et quæ in occasione?*
- 4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant?*

1 **A**B occasione oritur † deliberatio: nam malus
 animus occasionem quærit. Sed dupliciter
 contingit, primo quæritur idonea ne satis fuerit
 ad delictum adoriendum; & hæc aliquid cogita-
 to factum ostendit. Secundo an alia melior, quæ
 præterita sit, aut non expectata, & hæc excusat.
 Exempla extant apud Cic. in oratione, pro Milo-
 ne, quem, fatetur habuisse occasionem occidendi
 Clodium. E contra autem, inquit, Clodium ca-
 pisse occasionem occidendi Milonem. Sed oportet
 2 scire, † quæ proprie sit occasio; quare dic, quæ est
 3 pars temporis habens in se alicuius rei faciendæ,
 3 aut non faciendæ opportunitatem. Et tempus
 3 actionis alicuius opportunum occasio est. Hæc

E iij

EX FACTO ANTE DELIC.

oritur ex actionibus humanis non impediens
bus, vt puta seruus dormiens dat furantibus oc-
3 cationem. Item in t tempore, mensura, & spa-
clum consideratur; in occasione qualitas tempo-
ris ex qua nascitur opportunitas, seu comoditas
4 faciendi, & non faciendi aliquid. Itaq; t hoc tan-
tum distant Tempus, & Occasio; genere autem
similia sunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Modus delicti perpetrati, deliberationis indicium praestat.
- 2 Modus percipiendi praecogitationem ostendit.
- 3 Caput percipiens, videtur fecisse, ut certius offendar, & occidat: & quid si baculo percusserit?
- 4 Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio uulnenum propositum indicat.
- 5 Proditorum propositum per modum percipiendi concipitur.

- 1 **A** Modo, quo quaeritur quemadmodum quid sit t factum, idque secundum Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad conjecturas; potest probari in l. aut facta s. qualitate. ff. de poenis.
- 2 Vnde si quis percusserit t aliquem post terga, vel nullis dictis verbis in capite, seu pectore, per haec
- 3 demonstrat praecogitasse: quia percipiendo t in capite videtur fecisse, vt certius offendar, secundum docto. in c. significa. de homicidi. Vnde senserunt aliqui, qd si quis percusserit aliquem super caput baculo, siue alio simili instrumento, tamen;

quia percussit in capite præfert animum occidendi: secus si in alia parte corporis, vide Bald. in l. sed si quæcunque. §. si magister. ff. ad l. A qui.

- 4 Per multitudinem, † & magnitudinē vulnerum præsumitur præmeditatum. Idem per multiplicationem, aut per geminationem, & hoc quando
- 5 non apparet pura rixa. Item per † modum concipitur propositum proditorium secundum Bart. in l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœn. videlicet, proposito antecedenti insultando, & alio modo proditorio videlicet, si sedens tecum in mensa, nulla interueniente rixa te offendero, vel quid simile fecero, vt ibi.

S V M M A R I V M.

- 1 *Facultas delinquendi quomodo consideretur?*
- 2 *Tractatus præsumitur quando homicidium committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.*
- 3 *Facultas occidendi quando præstari uideatur, et unde indicium tractatus oriatur?*
- 4 *Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.*
- 5 *Associans delinquentem post delictum, delinquendi facultatem præbuisse dicitur.*
- 6 *Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*

EX FACTO ANTE DELIC.

- 7 Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidi or, & insultans audacior.
- 8 Præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.
- 9 Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur particeps criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilij?
- 10 Prohibere ualens, si non prohibeat an, & quando particeps criminis, & auxiliator existimetur?
- 11 Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.
- 12 Personæ uicia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.
- 13 Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, et demonstrat animū fuisse, uel nō fuisse offendēdi.
- 14 Atrocitas delicti ex quibus crescat?

1 **A** Facultate consideratur ꝑ copia, et potestas instrumentorum, aut earum rerum, ob quas aliquid facilius, aut sine quibus omnino confici non potest. facultates quoque præcipuè considerandæ sunt, credibilius est occisos a pluribus pauciores; a præparatis inopinantes. hinc illa apud Cicer. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio. ille cū seruis robustis, hic cum mulierum comitatu. ille equo, hic rheda. ille expe-
ditus, hic penula irretitus. Idem secundum ꝑ Iurisperitos præsumitur tractatus, quando committitur homicidium cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superue-

3 nerint, dic vt in antecedenti trac. in vers. de Adiu
 4 toribus. Item facultates † occidendi præstari vi-
 5 dentur, & indicium oritur tractatus, quando † al-
 6 quis aggreditur aliquem, si ibi vnus, vel plures
 fuerint armati, siue etiam remoti, modo potuis-
 sent auxiliari delinquenti; licet aliquam non fa-
 ciant demonstrationem secundum Bald. in l. i. C.
 de ser. fugi. Intellige tamen prædicta, si post de-
 7 lictum † associant delinquentem secundum eun-
 dem in l. non ideo minus. C. de accusa. tollitur ta-
 8 men dictum indicium, si probauerint casu venis-
 se, vt in supradictis legibus. Quin etiam † dicitur
 præstari auxilium acclamando contra eum, qui
 9 offenditur, & regula iuris est, q̄ ille dicitur † auxi-
 liari, per quem insultatus redditur timidior, & in-
 sultans audacior secundum Bald. in supradicta
 non ideo minus. Demum † præsentia adhibi-
 ta delicto facit indicium occulti auxiliij, si tales
 personæ fuerint congregatæ ante delictum. vide
 Hippo. in s. constante nu. xlv. Item cui potestas
 10 testis prohibendi, ne quis offendatur, & non prohi-
 ber, præsumitur particeps criminis per regulam,
 videtur occidere, qui potest prohibere. & l. scien-
 tiam in principio. ff. ad l. A qui. vide Gaudi. in tit.
 de præsumptio: et indi. indubi. et quandoque ori-
 tur præsumptio occulti auxiliij. Sed secundum al-
 quos neque indicium, neque suspicio oritur, nisi
 alia concurrant, vt puta, si post delictum associa-
 uit delinquentem, aut aliæ insint causæ, & circun-

EX FACTO ANTE DELIC.

stantiæ; aliter non præsumitur particeps, not. in l. ut vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona gl. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. ibi. Sed quid
10 † si possum prohibere Titium iniuriari Sempromio, an debeam iuuare? Respondeo secundum canonicos doctores, q̄ sic, verbis interponēdo me honesto modo. Sed secundum Iuriscōsultos non, nisi in ijs, quos habeo corrigere, vt in permissis videlicet, filijs, & seruis. Circa prædicta vide Iason. in dicta l. ut vim. Aliqui tamen senserunt, q̄ si quis potuit sine periculo vitæ suæ prohibere, & non prohibuerit, tali casu præsumatur particeps criminis: quia quisque cogitur defendere bona etiam inimici, tanto magis personam iuz, tex. c.
11 22. Exod. in principio. Haberi tamen debet ratio personæ: nam multi sunt ita natura timidi, q̄ ob timorem patiuntur verberari, licet possent verberare. Vnde ex qualitate personæ sæpe apud Iuriscōsultos arguitur, et sic consequentiæ
12 2 & sicut † vicia personæ premunt, & onerant delinquentem, ita contraria eleuant: nam qualitas
13 3 † offendētis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, aut non fuisse offendēdi, not. in l. si mater. C. ne de sta. de
14 4 func. Et demum † atrocitas crescit ex ijs, videlicet, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS

MALEFICII PRÆMEDITATI POST DELICTVM.

TRACTATUS V.

SUMMARIVM.

- 1 *Indicia post delictum ex quibus oriuntur?*
- 2 *Associatus delinquentem ante, uel post delictum nunquid videatur socius criminis?*
- 3 *Consilij, ael oculi auxilij præsumptio oritur contra associantem post delictum.*
- 4 *Receptans scienter malefactorem in domo sua post delictum præsumitur particeps criminis, & poterit torqueri; nisi receptus sit recipientis consanguineus, uel aliqua alia iusta causa probetur.*
- 5 *Prohibens reum capi uidetur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*



- 1 **P**ost delictum t̄ oriuntur indicia, considerando, quid postea factum sit, facta. n. quæ q̄ antecesserunt, quæ que insequuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullæ quæstiones scribentium,
- 2 videlicet, si quis associatus t̄ fuerit delinquentem post delictum commissum, nunquid videatur conscius criminis? Et multi tenent, q̄ sic. Conclusive tamen dicendum est, & distinguendum, aut

SEU POST DELICTVM.

iste associatus est delinquentem ante delictum, et
 tali casu tenetur, & conuincitur; quia per præce-
 dentem, & subsequentem actum associationis ac-
 cusat se, atque propalat; sin autem post delictum
 tantum, tunc distinguendum, videlicet: si subito
 apparuit, tunc præsumitur sciuisse: aut ex mora,
 & interuallo apparuit, & tunc non præsumetur
 contra eum; quia tali casu præsumetur accurrisse
 incidenter, et per rumorem. vide Salk. in l. vnica
 C. de rap. virgi. Bald. in l. non ideo minus. C. de
 3 accus. Hippo. in s. constante nu. 47. qui tenet con-
 tra associantē ꝛ post delictum oriri præsumptio-
 nem consilij, vel occulti auxiliij, per quam cogi-
 4 tur probare contrarium, Siquis sciens ꝛ rece-
 perit malefactorum, seu delinquentem in domo
 sua post maleficium perpetratum præsumitur parti-
 ceps criminis, & poterit torqueri l. i. C. de ijs, qui
 latro. Fallit tamen, si receptus erat consangui-
 neus recipientis, siue etiam aliqua alia iusta causa
 probabitur secundum not. in supradicta l. Prohi-
 5 bens reum ꝛ capi videtur conscius criminis, vide
 Blanc. nu. cccxiij. Sed intellige quotiens prohi-
 bes affuit delicto, secus si incidēter accurrit, quod
 cogitur probare. vide in simili Hippo. in supradic-
 to s. constante, & in principio huius tract.

DE INDICIIS MALEFICII PRÆMEDI- TATI EX NON FACTO,

SEV CVR FACTO, ANTE,
in, & post delictum
tractatus VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Indicia secundam antiquos, ex quibus locis capiebantur &
- 2 Sollicitans, siue queritans quod ad eum non spectat, indi-
cat contra se.
- 3 Faciens id, quod fieri non solet, nec debet, aut non faciens
id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.



T si apud Legistas supradicta videā-
tur comprehendi sub facto. Expedi-
tamen scire locos Antiquorū, ex qui-
bus capiebant Indicia, quos Cicero
est sequutus in lib. ij. cap. ij. de Inuent. cuius ver-
ba non sunt prætereunda: quia per ea totius ne-
gotij gestio pertractabitur.

- 1 Quare, quo consilio, t qua spe perficiēdi, quid' q̄
- 2 factum sit: cur hoc modo potius, quā illo: cur
- 3 ab hoc potius, quā ab illo: cur nullo adiutore,
- 4 aut cur hoc: cur nemo sit conscius; aut cur sit, aut
- 5 cur hic sit; cur hoc ante factum sit, cur hoc ante fa-
- 6 ctum non sit: cur hoc in ipso negotio: cur hoc
- 7 post negotium; aut quid factum de industria; aut

EX NON FACTO

- „ quid rem ipsam cōsequutum sit : constat ne ora-
„ tio, aut cum re, aut ipsa secum: hoc huiusne rei sit
„ signum, an illius, an huius, & illius, & vtrius po-
„ tius : quid factum sit, quod non oportuerit : aut
„ non factum, quod oportuerit. Sollicitans, siue
2 † quæritans quod ad eum nō spectat, indicat con-
tra se. vide Hippo. §. diligenter nu. cl. Et suspitio
3 oritur † quotiēs quid facit quod fieri non solet,
neque oportet, neq; est ratio, quare hoc propter
hoc fiat; & econtra, quoties quis non facit, quod
fieri solet, aut debet.

DE INDICIIS MALEFICII PRÆMEDI- TATI EX DICTO TRACTATVS VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Indicia maleficij præmeditati ex dicto.
- 2 Indicium propositi contra eum oritur, qui dixerit, quòd
traheret occiso unam pennam de ala: Vel quòd faceret
eum male capitare, uel quid simile.
- 3 Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non dili-
go talem, uel sum ei nociturus si potero, si eum postea
occiderit.
- 4 Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædi-
xerit, quòd si senserit rumorem, non se moueat. Vel
quòd

quòd sentiet aliquid noui.

- 5 Mandatum seu consilium præsumitur si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.
- 6 Locutio in aure quando indicet mandatum, uel consilium?
- 7 Causæ ni præcedant, nec causatum præsumitur.
- 8 Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.
- 9 Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.
- 10 Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantem occidisse eum, cui minatus est.
- 11 Indicia uerbi duplicem uim habent.
- 12 Is uidetur fecisse, qui prædixit facere.
- 13 Minans, & iactans de aliquem occidendo, an sit solutus minas exequi, quomodo consideretur?
- 14 Minatus si minantem occidat an præsumatur ex proposito occidisse?
- 15 Minatum fecisse ad sui defensionem quādo præsumatur?
- 16 Factū quid ad defensionē fuisse per cōiecturas probatur.
- 17 Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?
- 18 Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patranda, ultra inimicitias sunt multæ.
- 19 Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?

2 **D**icta, quæq; antecesserunt, quæque sequuta sunt, considerari oportet; nam ex qualitate

F

EX DICTO ANTE DELIC.

verborum animum metimur, & probatur præ-
 sumptione verbi. Quare capiemus indicia ante
 delictum. Et secundum Gaudioritur indicium
 2 propositi t̄ contra eum, qui dixerit, q̄ traheret
 occiso vnam pennam de ala; vel q̄ faceret eum
 male capirare, vel quid simile. Item si quis dixe-
 3 rit, non t̄ diligo talem, si eū postea occiderit, præ-
 sumetur propositū. Et similiter si dixerit se noci-
 turum, si poterit. vide Alberi. in l. metus. C. quod
 4 metus cau. Item si dixerit t̄ alicui, q̄ si senserit
 r̄morem, non se moueat, vel q̄ sentiet aliquid
 noui, præsumetur ex proposito occidisse, vt per
 5 Bart. in l. si ventre. ff. de priuileg. credi. Item t̄ si-
 quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim fuit,
 & occidit (quāuis nesciatur quid dixerit) præsu-
 metur de mandato, siue consilio: sicut in domino
 loquente in aurem famuli. Intellige tamen præ-
 6 dicta, si incontinenti t̄ sequatur delictum; et quan-
 do ille, quem alloquitur, pariter est inimicus capi-
 ralis: aliter illa loquutio, etiam cum facto subse-
 7 quuto non facit indicium: nam si non p̄cesse-
 runt t̄ causæ, nec causatum præsumitur secun-
 dum Bru. in quæst. inci. circa tertiam. Item si do-
 8 minus t̄ famulo dixerit, non redeas domum nisi
 sentiam aliquid noui; si famulus aliquem occi-
 9 derit, præsumetur de mandato. Item t̄ si quis ia-
 ctauerit de occidendo aliquem, si eum occiderit,
 præsumetur ex proposito occidisse, & poterit
 damnari propter e sequutum effectum: & hoc

casu non consideratur qualitas personæ: si vero non constabit de occisore, tunc spectabitur personæ qualitas secundum Guild. Suz. in gl. sed si præter factam. Idem propter terminas præcedentes oritur indicium propositi, dummodo constet minantem occidisse eum, cui minatus est; nec distinguitur quando constat, an solitus sit exequi minas. Et in præmissis notandum est, quod indicia terminis verbi duplicem vim habent, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, quando ignoratur, & quod animo. Etenim terminis is videtur fecisse, qui prædixit facere: sed in hoc differt, quod quando per supradicta indicia terminis quæritur quis fecerit; tunc distinguitur, an minans, et iam stans sit solitus exequi minas; & sic de alijs: secus autem quando constat prædictos occidisse; quia tunc prædicta omnia indicia sunt graua, & sufficientia ad cognoscendum de proposito; Et per ea procedi potest ad torturam, siue in aliquibus ad condemnationem ut infra dicitur. Scribentes dicunt præsumi terminis de proposito contra minatum, si continget eum occidere minantem: quia merus est vna ex causis impellentibus ad maleficia. Sed ego dico præsumi contra minatum; quando constat ipsum cæpisse rixam; aliter præsumi terminis contra minantem; & quod minatus fecerit ad sui defensionem: quia in criminalibus, quod terminis quis fecerit ad sui defensionem, probatur per coniecturas, vide las. in l. ut vim. ff. de iusti, & iu. Postremo maximū est certamen apud

EX DICTO ANTE DELIC.

17 doctores, an minans, † quando non cōstat de in-
terfectore, possit torqueri, Et secūdam Speculato-
rem potest. vide in tit. de præsump. §. fin. Sed cō-
tra notatur in l. fin. ff. de hære. insti. Alij distin-
guūt, q̄ si minans est potens, et solitus exequi mi-
nas, q̄ tunc possit torqueri: alij autem, q̄ possit
damnari. Hippo. in §. diligēter nu. lxxxvi. Alij ve-
ro dixerunt posse damnari, quando tria concu-
runt, videlicet, inimicitiae, minae, percussio cum
paruo interuallo. vide Brun. in tit. circa tertiam.
Sed hæc opinio non placet, maxime, quando of-
18 fensus habet alios inimicos, ac etiam, quia † plu-
res sunt causae, quae inducunt homines ad malefi-
cia, vltra inimicitias. Quare non consequitur ne-
cessario, q̄ sit occisus a tali, cum ab alijs potuerit
19 occidi. Occurrit hic quæstio, q̄ minans † possit
impune offendi ab eo, cui minatus est in illo actu
minandi secundum Hippo. in d. §. diligenter. Sed
contra existimo: quia non dicitur factum cum
moderamine. not. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu.
Non tamen punietur poena ordinaria.

EX DICTO IN DELI- CTO, SEV POST DELICTVM.

TRACTATVS VIII.

SVMMARIVM.

1 Clamor vulnerātis exauditus an faciat inditiū ad torturā?

- 2 Vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere vocem.
- 3 Vox clamantis exaudita non habet vim probationis, sed indicij, nisi alia concurrant.
- 4 Clamor vulnerati, dicentis se offendi a tali, an contra nominatum indicium faciat?
- 5 Offenso non creditur sine alijs qualitibus, etiam quod haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?
- 6 Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur?
- 7 Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?
- 8 Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circumstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.
- 9 Offensus quando non presumatur mentiri?
- 10 Mulier clamans sibi unum inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.
- 11 Clamans contra offensum, licet nihil agat, cęsetur cōsciens.

De dicto offensi, & delinquentis.

Cap. I.

- 1 QVæritur, an per clamorem vulnerantis sine alijs oriatur indicium ad torturam? videlicet, quando testes deponunt audivisse delinquentem, & cognovisse ad vocem? Et secundum aliquos testimonium etusmodi valet, & probat, ut delictum, quando quis audiit vocem alicuius, licet non viderit loquentem, ut puta, q̄ sit paries de

EX DICTO IN DELICTO

medio; vel aliqua alia res inter loquentem, & te-
 stem: & de hoc est glōf. notab. in l. ij. §. idem La-
 beo, & in l. ij. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuiā
 arcen. & Bal. in l. couenticulam. C. de epis. et cler.
 Idem in l. Mosis cap. xxij. Exod. et Iudicum cap.
 xvij. ibi agnoscentes vocem adolescentis, & lib.
 i. Regum c. xxvij. circa finem, ibi, cognouit Saul
 vocem Dauid. Sed prædicta credo non esse ve-
 ra, nisi alia concurrant, prout in dictis iuribus: &
 2 re vera † vox hominum fallax est: quia reperiun-
 tur multi consimilem habere vocem; & simili
 3 modo potest dissimulari. Vnde alijs † non con-
 currentibus (iudicio meo) non habebit vim pro-
 bationis, sed indicij, & ira semel iudicauit. Econ-
 4 tra autem † per clamorem vulnerati, & offensi
 clamantis se offendi a tali, potest oriri aliquod in-
 dicium, licet variæ sint opiniones scribentium:
 nam secundum aliquos dicto offensi, etiam in
 mortis articulo constituti non creditur, neque ori-
 tur aliquod indicium ad torturam, nisi fuerit val-
 latum alijs circumstantijs, vt puta inimicitijs, & si-
 milibus. vide Alex. consi. xiiij. tertij vol. vbi di-
 5 cit, † non creditur offenso sine alijs qualitatibus,
 etiam q̄ haberet in manibus corpus Christi. Alij
 autem senserunt, vt credatur offenso etiam ad
 torquendum: limitando tamen, vt is offensus il-
 lud dicat in articulo mortis, & cum iuramento
 Bald. in au. st. si dicatur. C. testa. Hippolytus in. §.
 diligenter nu. cxvij. sensit, q̄ si offensus in mortis

articulo est in plenitudine sui intellectus, homo bonæ conditionis, ac famæ, et tale delictum non

- 6 possit per alios probari, tali casu toritur indicium ad torturâ contra criminatum. Hanc opinionem multi Recentiores mordēt, & refellunt: Mihi autem Hippoly. opinio æqua videtur: nō est enim existimandum offensum velle excusare offendentem, & alijs imputare, cum non sit maius odium, quàm contra vulnerantem, & occidentem.
- 7 Limite tamen dictum Hippo. hoc pacto videlicet: si delictum sequutum fuit nocte, tempore obscuro, tunc tali dicto non est credendum: quia verisimile est offensum scire non posse certe offendentem, argument. l. hac consultissima. s. cum humana fragi. C. qui testamen. fac. possunt.
- 8 Idem in alijs t casibus, in quibus similes circumstantiæ resistunt, & contradicunt, vt pura, licet foret in meridie: sed offendentes erant personati: quia similiter dicto casu offensus non potest cognoscere offendentē. Et hunc casum semel iudica
- 9 ut. Et in duobus t temporibus offensus nō præsumitur mentiri. videlicet, in articulo mortis, & subito quando fuit offensus, nam tempore medio per suggestionem plures mentiri deprehensi
- 10 sunt. Mulier t clamans sibi inferri vim, facit indi
- 11 cium; si reus fuerit cognitus. Item si quis t clamee contra offensum, licet nil agat, censetur conscius.

S V M M A R I V M.

1. Fame, seu dicto gentium an et quando sit credendum?

EX DICTO IN DELIC

- 2 *Fama quando faciat indicium ad torturam?*
- 3 *Fama sola quis torqueri non debet.*
- 4 *Fama quid sit, & quomodo diffiniatur?*
- 5 *Credulitas testium etiam fidedignorum non condemnat, & multominus vulgi, aut populi.*
- 6 *Voces populi uanae nō sunt audiendae: nec eis est credendū.*
- 7 *Fama est solum preparatorium inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum.*
- 8 *Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.*
- 9 *Fama unde originem traxerit, an sufficiat inspicere, ad hoc, ut ex ea possit ad torturam procedi?*
- 10 *Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuandas alias probationes.*
- 11 *Intellectus l. de minore. s. tormenta. ff. de questio.*
- 12 *Fama uehemens an faciat indicium ad torturam?*
- 13 *Testibus non testimonijs creditur.*
- 14 *Christus ob uoces populi fuit crucifixus.*
- 15 *Intellectus l. decurio C. de poenis.*

De fama, seu dicto gentium. Cap. II.

- 1 **D**E fama apud Oratores, sicut apud nos exempla non desunt: Alij enim t̄ dixerunt non temere famam nasci solere, quin subsit aliquid. Sed alij dixerunt famæ non credi, quando est sine certo auctore dispersa, cui malignitas initiū dedit, incrementum credulitas, q̄ nulli non, etiam innocētissimo possit accidere fraude inimicorum falsa vulgantium. Sed secundum Gaudij, in p̄. de

- 2 quæstio, publica vox, † & fama orta contra aliquem statim commisso delicto in loco commissi criminis a personis fidedignis parit indicium ad torturam; & ratio est; quia fama orta subito commisso crimine, crimini inesse videtur. Propter tamen † solam famam quis torqueri non debet; &
- 3 ratio est; quia dictum vnius multitudo facile sequitur. qua de re fama, & infamia cōtra aliquem facile oriuntur; & ita fere omnes sentiunt, vt in l. admonendi. ff. de iureiuran. Et arguendo a diffinitione famæ, nullum affert indicium: nam fama
- 4 non † est aliud, nisi dictum gentium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate procedens: et sub tali diffinitione comprehenditur tam bona, quàm mala fama l. iij. §. Idem diuus. ff. de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex non debet fidere, cum credulitas † testium quàmuis fidedignorum non condemnet l. testium. C. de testi. tanto minus vulgi, aut populi, iuxta illud.
- 5 *Scinditur incertum studia in contraria vulgus.*
- 6 Idē in l. decurio. C. de pœn. ibi. Vanæ voces populi non sunt audiendæ; nec enim vocibus eorum credi oportet. Quamobrem existimo † famam esse præparatorium tantum inquisitionis, non autem fundamētum torquendi reum. Idem videtur probari sententia diuina, iuxta illud: descendam, & videbo si clamorem, qui venit ad me, opere perfecit, vbi Deus per clamorem non aliquid iudicauit. Qua de re dixit, descendam, &

EX DICTO IN DELIC,

videbo; & intellige q̄ dixit tanquam Iudex, non
 8 tanq̄ Deus : quia † Deo explorata sunt omnia ,
 & intuetur cor. cap. xvi. Regum primo. Alij.
 dixerunt oportere cōsiderari, vnde fama habuit.
 9 † originem , & sic per originem procedetur ad
 torturam , si origo erit talis , vt per eam procedi
 possit. Istud non satisfacit (quāuis origo famæ
 sit semper habenda) nam considerata origine
 procedetur secundum eam , & consequenter se-
 cundum indicia præcedentia famam. vtiq̄ eri-
 mus in casu indiciorum , per quæ procedetur ad
 torturam , si erunt alia , non tamen propter so-
 10 lam famam, quæ † sola nō debet parere aliquod
 indicium ad torquendum , sed ad inquirendum
 tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes;
 11 & ita iudicio † meo intelligitur l. de minore s. tor-
 menta. ff. de quæstio. Secus secundum Hippo. in
 vehementi fama in. s. diligenter nu. xvij. ibi q̄ fa-
 12 ma † non faciat indicium ad torturam , non ha-
 „ bet locum in vehementi fama. Nam vehemens
 „ fama est sufficiens indicium ad torturam secun-
 „ dum Bart. in cōsi. cxcij. Hæc autem opinio non
 placet : quia Iudex non debet considerare , quia
 dicitur sic, sed vnde, & quid, & quale dicitur, & a
 13 quibus, testibus † enim nō testimonijs creditur. l.
 in. ver. tu magis scire. ff. de testi. Et pro hac opinio-
 „ ne vide tex. c. xxij. Exod. ibi, nec in iudicio pluri-
 „ morum acquiesces sententiæ , vt a vero deues;
 Exemplo etiam perniciosum est cum magni, fan-

Etiam viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt. Omitto antiquos, & in vnum finio; Christus enim per voces populi crucifixus est, quare etc. Et lex Decurio supra allegata loquitur de hac fama.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio extraiudicialis facit iudiciū ad torturam, dummodo sit verisimilis, & sit probata per duos testes.
- 2 Confessio facta ab irato, ebrio, uel stolido non ualet.
- 3 Confessio extraiudicialis sine causa non ualet ad obligandum, inducit tamen semiplenam probationem, licet sit facta sine scriptura.
- 4 Confessus legitime in iudicio, potest ad totū id, super quo proceditur contra eum ciuilitate uel criminaliter cōdemnari, licet processus sit ineptus.
- 5 Iudicium oritur cōtra eum, qui dicit se primò occisum inuenisse, uel primò homicidium uidisse.
- 6 Ingerens se est suspectus.

Ex dicto post delictum. Cap. III.

- 1 **P**ropter confessionem extra iudicalem potest torqueri, dummodo sit verisimilis, & sit probata per duos testes. Item confessio facta ab irato non ualet glo. est in cap. ex literis de diuor, Idem ab ebrio, siue aliter stolido. Item confessio extra iudicium sine causa, secundū omnes non ualet ad obligandum. inducit tamē semiple-

EX DICTO POST DELIC.

- nam probationem, licet sit facta sine scriptura. vide Matthesil. in singul. xij. secus facta in iudicio ; quia tunc calor iudicij supplet defectum not. in l. 4 i. C. de confes. Item quotiens apparet t reum in iudicio legitime confessum totum id , super quo proceditur contra eum criminaliter , seu ciuiler potest condemnari ; quamuis totus processus sit ineptus. Sed de confessione, ne bis repetatur, vide in cap. viij. & fin. de tormentis. Item indicium 5 t aliquando summitur contra aliquem , qui primo dicit occisum inuenisse, & contra aliquem , qui primo dicit vidisse homicidium secundum Paridem de put. in verb. tortura in fin. Et ratio 6 est, q̄ qui t se ingerit suspectus est, vide Hippo. s. diligenter nu. cl. Sed dic contra, nisi alia concurrant, vt inimicitia, & similia.

EX NON DICTO

TRACTATUS IX.

SUMMARIUM.

- 1 *Taciturnitas imitatur confessionem.*
- 2 *Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam. exemplum hic ponitur.*
- 3 *Reus interrogatus per iudicem, si non respondeat, potest etiam sine indicijs torqueri.*
- 4 *Recipiens literas debui, si nihil dicat, uidetur debitum fa-*

teri. & quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?

- 5 Positioni dno continenti respondens, si dicat de uno non credere, an de alio fateri credatur?
- 6 Tacens habetur pro contradicente in onerosis, et obligantibus personam, nisi ultra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur uenire ad probationem actus.
- 7 Taciturnitas nocet, quotiens reus tenetur respondere negando, aut confitendo.
- 8 Constitutio si fiat tertio presente, & tacente, ille non dicitur consentire.



- X**tremum autem, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si tacebitur, aut elicienda est responsio, aut, quoniam † taciturnitas imitatur confessionē, ac si confessum sit, concludere oportebit, vide Cic. in primo de inuent. cap. viij. Taciturnitas † domestici parit indicium ad torturam. & dicit Paris de puteo, q̄ quædam mulier diu taceuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eum mortuum. quæ fuit capra, & torta confessa fuit interfici fecisse virum. vide eum in verb. tortura col. iij. Sed hæc conclusio non est tuta; & requiruntur alia simul secundū Hip. in
- 3 s. expedita. Item reus † interrogatus per iudicem non respondens potest torqueri, etiam sine indicijs. vide in tract. de tormen. cap. iij. Item si
 - 4 scribis † alicui, q̄ reddat tibi centum ei mutuos,

EX NON-DICTO

- recepit literas, nihil dicit, videtur fateri. Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Sed limita, q̄ testes, quibus præsentibus dabitur litera habeant copiam, & q̄ adsint quãdo aperitur. vide Matthesi. in sing. xxij. Item si scribetur tibi, q̄ sunt testes, qui dicunt, te per insidias occidisse Galum, si accipis literas, & nihil dicis, oritur indicium ad torturam, licet multi contra sentiant. vide Hippo. in §. diligenter nu. cxxxviij. & Blanc. nu. ccxxij.
- 5 Item si quis † respondet positioni, quæ continet duo, videlicet, q̄ commodavi tibi Codicem, & Volumen. tu respondes, non credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idem etiã si quis interrogetur extra iudicialiter secundum glos. in c. non ne. de præsumptio. Sed secundum aliquos ex supradicta confessione tacita solum oritur semiplena probatio. vide Roma. in singul. lxxviij.
- 6 Et secundum † multos in onerosis & obligantibus personam tacens habetur pro contradicente; nisi ultra tacurnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus. not. in l. qui patitur. ff. mand.
- 7 Sed in prædictis † credo tacurnitatem nocere, quoties reus tenetur respondere negando, aut cõfittendo, prout criminaliter, quando interrogatur per Iudicem: & ciuilitè, quando monetur respondere positionibus, siue alijs actibus. argumen. l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. calum. Et dicit Rom. in singul. ccccxxxij.
- 8 q̄, si est facta † constitutio, tertio præsentè, & ta

cente non dicitur consentire: quod est notandum in hac materia.

S V M M A R I V M .

- 1 Mendaciter respondens an possit torqueri?
- 2 Variatio, seu mendacium in quibus & circa quæ nocet?
- 3 Mentiri in quibus liceat propter salutem?
- 4 Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.
- 5 Delictum quo casu per mendacium approbari uideatur?

*Mendacium an faciat indicium ad
torturam? Cap. II.*

- 1 **R**eus mendaciter † respōdens potest torqueri: quia tacendo veritatem, videtur esse in dolo. l. seruus. ff. de dolo. Alij contra, quia licet reo contraria dicere propter salutem. Propterea aliqui distinguunt, q̄ quando mendacium est circa negocium principale, seu circumstantias, tunc facit indicium ad torturam, vt puta, si esset varius
 - 2 circa locum delicti, vel tempus, tūc variatio † seu mendacium nocet, vt in exemplo Bart. in l. fin. ff. de quæstio. vbi propter delictum de nocte, iudex interrogat suspectum vbi, & cum quibus fuit illa nocte; & si reperitur mendax, oritur maxima præsumptio. Secus autem † si mendacium fuerit circa diuersa: vt puta, circa nomen loci, & originis, & alterius rei similis; tunc. n. licet men-

EX NON DICTO

- tiri propter salutem. Ommitto alias distinctiones scribentium; et dico, quotiens tractatur de aliquo facto, quod habet annexam determinationem loci, vel temporis, vel alterius rei, de qua agitur; tunc mendacium nocet, ut in exemplo Bart. quoniam dicto casu reus videtur deliquisse: quia non apparet alibi fuisse; & reperitur mendax: quare de re reus potest torqueri. Itaque si accusatus
- 4 † de homicidio negauerit occidisse, si probabitur, poterit tamen dicere fecisse ad sui defensionem: licet mentitus sit, secundum Bart. in l. cum de indebito. ff. de proba. quia mendacium non est
 - 5 circa negotium principale; vel quia non approbat delictum terminatum per locum, & tempus; ubi reus videtur fuisse: quoties alibi se fuisse dicit, & mētur; & sic approbat delictū per mendaciū.

DE INDICIIS INDICANTIBVS DE REO, SED NON DE PROPOSITO TRACTATVS X.

S V M M A R I V M.

- 1 *Indicia, per quæ arguitur de delicto, sed nõ de proposito.*
- 2 *Querendum non est de animo, nisi ubi de reo constat.*
- 3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quæ indicant delictum, sed non propositum.*

Dictum



1 **D**ictum est supra per quæ cognoscitur de delicto, & proposito simul. Superest videre de alijs indicijs † per quæ arguitur de delicto, sed non æque de proposito sine alijs; & hæc etiam scire
 2 oportet: quia (vt sæpe dictum est) quæri † non debet de animo; nisi ubi de reo constar. Et in ijs
 3 triplex est coniecturalis probatio. Prima † per visum. Secunda per auditum. Tertia per tactum, quibus tamē adijciunt Oratores gustum, et odoratum: sed hæc duo ad venena pertinent; vt infra dicetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio quæ fit per uisum, omnibus alijs est maior. Et tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos testes de uisu omni exceptione maiores.
- 2 Torqueri an possit reus ex dicto unius testis de uisu, maxime si testis sit omni exceptione maior?
- 3 Testis de uisu ut faciat indicium ad torturam debet deponere, quod interfuerit maleficio, aliàs secus.
- 4 Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.
- 5 Testis unus de uisu facit indicium, nisi aliæ circumstantiæ resistant.
- 6 Testis, qui nō est omni exceptione maior, à quibus probet?
- 7 Testis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non potest.
- 8 Testis debet esse omni exceptione maior, quando tracta-

G

DE VISU VNIVS TEST.

tur de condemnando, secus de torquendo.

- 9 Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur, quia tunc cessat periculum corruptionis.
- 10 Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.
- 11 Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.
- 12 Testes inhabiles in casu accusationis admitti non debent etiam ad torquendum.
- 13 Iudex uidentem delictum committi, non potest tamen sine alijs probationibus reum torquere.
- 14 Visus uibrare gladium contra uulneratum, licet non sit usus uulnerare, poterit torqueri.
- 15 Testes si dixerint uidisse duos solos rixari, & uidisse in fine rixæ uulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.
- 16 Inimicus interfecti, si uisus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.

De iudicijs per uisum unius testis, seu Iudicis. Cap. I.

- 1 **P**ROBATIO, quæ fit per uisum secundum omnes est maior omnibus alijs; & tunc dicitur plena probatio, quando fit per duos testes de visu, & omni exceptione maiores. Sed dubitatur,
- 2 an per t. solum dictum unius testis de visu possit torqueri reus? Et non est maius iudicium istud: unde secundum multos potest torqueri: dummodo testis sit omni exceptione maior. vide Bart. in l.

- 3 admonendi, ff. de iureiuran. Item debet t̄ deponere, q̄ interfuerit; aliter nō facit indicium ad torquendum: nam quando t̄ deponeret super remota a maleficio, et his, quæ consequuntur, requiruntur duo testes vt not. in l. fin. C. fam. excise. Adde
- 4 secundum Bald. q̄ vnus testis t̄ de visu facit indicium; nisi aliæ circumstantiæ resistant, vt per eum in l. ij. C. quorum appella. Volunt tamen aliqui,
- 5 q̄ licet t̄ testis non sit omni exceptione maior, prober tamē in aliquibus videlicet, quando concurrat leuitas vitæ rei. Item in criminibus exceptis vide glos. in l. ij. ff. de testam. Hoc tamen multi respuunt, vt Alex. in consi. xi. primi. vol.
- 6 quia testis t̄ nō idoneus per aliquod privilegium non potest fieri idoneus. Alij sentiunt, q̄ talis testis, licet non maior omni exceptione, prober tamen quando alia merita processus concurrunt.
- 7 Denum restringunt, q̄ testis t̄ debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquendo; & ratio est, quia maius versatur periculum in condemnando, quam in torquendo, vt tradit Hippo. s. diligēter nu. iij.
- 8 In prædictis t̄ distinguo, q̄ in casu inquisitionis testes etiam non idonei admittantur secundum Bal. in l. i. C. de summa trinita. Et ratio reddi potest, q̄ hoc casu cessat periculum corruptionis;
- 9 quia t̄ licet testes sint infames, non nisi instigati falso deponunt, quod non accidit in supradicto
- 10 casu; Limitarem t̄ tamen non esse credendum ini-

DE VISV VNIVS TEST.

- mico, licet in casu inquisitionis per regulam, q̄ inimici de inimicis semper male cogitant, & facite mentiuntur. In casu vero accusationis † testes inhabiles admitti non debent neque ad torquendum, quamvis sint in contrarium supradictæ auctoritates: Et si velis sequi opinionem prædictorum, saltem refringe, q̄ ex natura negotij non possint haberi alij testes, & aliter veritas haberi nequeat, & q̄ tractetur de torquendo tantum.
- 1 3 Iudex quamvis † viderit cōmitti delictum, non pōtest tamen sine alijs probationibus torquere reum, vt per Spec. tit. de sent. §. qualiter. Visus
- 1 4 vibrare † & iacere gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit tamen torqueri secundum Speculat. titu. de probat. §. & si.
- 1 5 Si testes † dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit procedi ad condemnationem; & ratio est, q̄ non est defensio in contrarium. Reperto interfecto;
- 1 6 inimicus † interfecti visus ambulare solus in loco delicti cum gladio euaginato, poterit condemnari. vide Ange. de indicijs indubita.

S V M M A R I V M .

- 1 Reperti in crimine an ex hoc solo conuincantur, ut de facto puniri possint?
- 2 Reperti in domo, ubi perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?

- 3 Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.
- 4 Reperti in loco delicti, uel in loco proximo possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.
- 5 Repertus propè mortuum cum gladio poterit torqueri, & an damnari?
- 6 Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.

De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.

- 1 Reperti in crimine ex hoc solo conuincuntur, & de facto possunt puniri secundum glo. in l. i. c. t. s. fustium. ff. de n. s. qui not. infam. Sed hæc opinio non placet: quia quamuis reus fateatur crimen (quod est maius) monetur tamen, ut suas faciat defensiones not. in l. i. s. si quis in villa
- 2 ff. ad Syl. & cap. xxij. Exod. Si in aliqua t. domo perpetratum est maleficiū; & nescitur a quo; reperti in illa domo tempore delicti torquebuntur: & ratio est: quia præsumuntur scire, & secundum aliquos possunt damnari: Sed dic, ut tit. fin. ne quis per aliqua indicia conuincatur. Et supra-
- 3 dicto casu t. tortura incipiet a solito delinquere
- 4 secundum Rom. l. i. ff. ad Syl. Reperti t. in loco delicti possunt torqueri, Idem si in loco proximo l. i. s. qui tergo. ff. ad Syl. Prædicta multi limitant, q. inuentus sit inimicus interfecti, vel q. aliæ ad-

DE VISU VNIVS TEST.

sint causæ. Alij addiderunt, q̄ sit inuentus cum armis. Sed ego credo sufficere, vt inuentus sit inimicus Interfecti, licet non inueniatur cum armis: quia post delictum potuisset celare arma. Conclufiue distinguendo, vt supra, procedetur ad torturam, & non aliter: quia potest quilibet obuiare sorte, & casu. Repertus t̄ prope mortuum cum gladio poterit torqueri; sed secundum alios damnari ob manifestum indicium. vide Bart. in l. manifestus. ff. de furt. Sciendum est t̄ q̄ si non reperiuntur rei, vt supra dictum est, capientur indicia contra vicinos, qui saltem præsumuntur scire, maxime in furtis Bal. in C. locati, & in l. diuina Deuteron. cap. xxi. in principio.

S V M M A R I V M.

- 1 Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ cōsequuntur delictum, quæ sint?
- 2 Arma, uestes & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam?

De armis, ueste, & similibus repertis.

Cap. III.

Post supradicta indicia visus, & repertorum in loco delicti, quæ per omnes appellantur propinqua, superest videre t̄ de alijs, quæ reperiuntur in loco delicti, seu consequuntur

- delictum ut per aucto. ad Heren. lib. ij. titu. vi.
 „ ibi, in consequenti tempore spectabitur, a quo fa-
 „ ctum sit, hoc modo, si telum, si vestimentum, si-
 „ quid eiusmodi relictum sit, aut vestigium reper-
 tum fuerit, et cætera. de quo etiã vide Quint. lib.
 v. cap. ix. & x. Cic. de inuent. tit. xij in l. Divina
 cap. xxxix. Gene. Paris de Pur. de Syndi. col. vi.
 2 Sed per hæc indicia proceditur ad torturam, ni-
 si aliæ circumstantiæ resistant, & nisi accusatus ali-
 quam iustam causam ostenderit, ut puta, qd vesti-
 mentum, siue aliud repertum vendiderit, aut
 quid simile.

S V M M A R I V M :

- 1 Fuga sola an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum alijs iungatur?
- 2 Intrinsicca in criminalibus probantur per extrinsicca.
- 3 Fuga quando tantum pariat indicium ad torturam?
- 4 Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.
- 5 Fugiens post querelam, seu inquisitionem formatam, contra se non indicat.
- 6 Fuga quotiens potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.
- 7 Fugiens post commissum homicidium, an excusetur, si dicat se fugisse, quia timebat, ne consanguinei occisi, ipsum offenderent?
- 8 Fugiens ob suspicionem accusationis, vel inquisitionis, an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur; an in-

DE FUGA

ramento rei tollatur.

- 9 Iuramento probantur ea, quæ in animo consistunt.
- 10 Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quod reus deliquerit.
- 11 Conscientia scelerum mille testes.
- 12 Criminales quæstiones iuramento reorum nõ deciduntur.
- 13 Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia.
- 14 Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando ueritas haberi non potest.
- 15 Tortura in criminalibus succedit loco iuramenti.
- 16 Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium.
- 17 Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.
- 18 Fuga si alicui obijciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.
- 19 Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.
- 20 Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.
- 21 Famulus fugiens a domino, an præsumatur domini res, si non adsint, furto subtraxisse?
- 22 Fuga famuli an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.
- 23 Fuga an aliquo casu faciat probationem.
- 24 Innocentia rei etiam confessi & condemnati omni tempore est querenda.
- 25 Indicia quæ oriuntur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.

- 26 Fuga in promptu idem operatur, quod fuga in actu.
- 27 Probandi onus incumbit accusatori: & accusato, quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.

De fuga. Cap. IIII.

- 1 **P**ropter solam t fugam quis torqueri non debet: quia non facit indicium, sed suspicionem secundum Bart. in l. fin. ff. de questio. Secus si fuerit iuncta cum alijs, vt fama, inimicitijs, & similibus circumstantijs. Alij autem senserunt per solam fugam posse torqueri reum: quia est animi
- 2 indicium, & accusat fugientem; & in t criminabilibus per extrinseca probantur intrinseca l. fin. ff. de diuort. Idem in l. Moylis cap. xxviiij. prouerb. Sed conclusiue dic, qd quando constat iudici, qd reus abest ob causam, qua accusatur, siue inquiritur, tunc fuga t parit indicium ad torturam. Et
- 3 notandum est, qd reus t præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi
- 4 aliam iustam causam probet l. de minore & ibi
- 5 Bald. C. de adulte. Limitant t tamen prædicta scribes, qd quis non possit torqueri, quando aufugit post querelam, siue inquisitionem formatam: quia quilibet rationabiliter sciens se esse accusatum, licet sit innocens, quærit fugam, & tunc fuga non potest dici animi indicium, siue conscientie signum, ex quo prouenit ex diuersa causa, & timore iudicij, Et similiter limitant si alia

- simili causa iusta fugerit, & sic succedit regula ge-
 6 neralis, quoties t. fuga potest aliqua probabili cau-
 sa celari, aut colorari, non facit indicium, vt puta,
 si ille, qui aufugit, est solitus transcurrere per di-
 uersas ciuitates. Occurrit hic exemplum Bru. vi-
 7 delictet: si quis commisso homicidio t aufugerit,
 dixeritq; aufugisse, ne consanguinei occisi ipsum
 offendant, non videbitur suspectus, & excusa-
 tur, vide eum in quaestio. incip. circa tertiam. Hoc
 tamen non placet, quia si tale concederetur, nun-
 quam fuga faceret indicium: nam quilibet per
 praedicta se excusaret. Item non est aequa excu-
 satio: quia non debet quis timere consanguineos,
 si delictum non commisit, imo ex tali excusatio-
 ne oritur indicium: quia propalat se, & dat signa
 certa conscientiae. Quare dic, vt supra, nisi proba-
 retur consanguineos defuncti ante fugam mina-
 tos esse accusato, quia tunc recte potest dici ob
 praecedentes minas fugisse. Item secundum Hip.
 8 suspicio q; sit formata t accusatio, siue inquisitio
 „ excusat fugientem, & si ex fuga aliquod oritur
 „ indicium, illud tollitur per iuramentum, et sic fu-
 „ ga nunquam faciet indicium; quia fugiens pote-
 „ rit semper dicere, & iurare q; aufugit propter su-
 „ spicionem, vide eum in s. diligenter nu. xliij. quem
 omnes recentiores sequuntur defendendo eum;
 9 q; ea, t quae in animo consistunt, directe per alios
 probari non possunt, nisi solo iuramento, cui cre-
 ditur secundum glo. in s. sed istae insti. de actioni-

bus ubi Iason multa ait. Sed contra teneo per
 10 infra scripta, primò quia suspicio † non est iusta
 causa fugæ, imò per eam arguitur, q̄ reus deli-
 querit iuxta regulam diuinam: fugit impius, ne-
 mine persequente: suspicio enim rei, q̄ proceda-
 tur contra se, dat signa conscientie iuxta illud,
 11 conscientia † scelerum mille testes. Et dum Hip-
 dicit tale indicium tolli per iuramentum, respon-
 12 deo, q̄ non probatur aliqua lege, imò † quæstio-
 nes criminales non deciduntur iuramento reo-
 rum, not. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Idem
 tenuit Hip. in §. postquam in princ. Et iure merito
 13 in criminalibus nõ datur † iuramentum aliquod
 causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia:
 14 quia tortura † datur in supplementum in causis
 criminalibus, quando veritas haberi non potest
 15 secundum Bart. in l. fin. ff. de quæstio. & sic † lo-
 co iuramenti succedit tortura, quæ etiam quia
 plures gradus habet, potest dari secundum qua-
 litatem indicatorum. Et notandum est q̄ doctri-
 16 næ, quas citauit Hippo. loquuntur de † quo-
 dam iuramento, quod a scribentibus purgatio-
 nis dicitur, & est remedium extraordinarium, &
 affertur exempli per prædictos de aduena con-
 querente sibi sublata esse aliqua bona in hospi-
 tio, nulla tamen habente indicia, aut suspicionem
 contra hospitem, tunc & simili casu potest iudex
 deferre iuramentum. Hoc idem in l. Moyſis c.
 33 xxxij. & xxij. Exod. ibi, si latet fur dominus do-

DE FUGA

- mus applicabitur ad Deos, & iurabit, q̄ non ex-
 tenderit manum in rem proximi sui ad perpe-
 7 trandum fraudem. Sunt t̄ quidam casus, in qui-
 bus probata fuga probatur delictum, qui cogno-
 scuntur per regulam generalem, videlicet: quan-
 8 do t̄ fuga obijcitur alicui, tanquam crimen, tunc
 probata fuga, probatum est crimē: quia lex tunc
 ponit ipsam fugam, tanquam specificum crimen,
 non autem tanquam signum. criminis l. deserto-
 rem. ff. de re milit. Idem in cœnobita fugiente ex
 9 cœnobio. Idem t̄ quando agitur, an quis sit
 suspectus, vel non, probata fuga, probatur & su-
 20 spicio. Item fuga probari t̄ debet per duos te-
 stes, sicut quodlibet aliud indicium, est gl. de hoc
 in l. fin. C. fami. ercisc. Multos alios casus ponit
 1 Hip. in s. diligenter vt puta de famulo t̄ fugiente
 a domino: nam si reperiuntur amissæ aliquæ res
 domini, videbitur talis famulus subtraxisse; Sed
 multi hanc opinionem respuunt, & refellunt.
 2 Hoc amplius t̄ sentiunt, per tale indicium non
 posse torqueri, cum exigantur alia indicia cum fu-
 ga. not. in l. i. in princ. ff. de quæstio. vide Brun. in
 tract. de indic. col. ij. Sed in hac difficultate sen-
 tio, q̄ ex fuga famuli oriatur indicium ad tortu-
 ram, quando hæc concurrunt, videlicet, domi-
 num habuisse dicta bona, & seruum verisimili-
 ter potuisse auferre. Item q̄ dominus sit bonæ
 fidei, & e contra seruus sit aliquantulum suspec-
 ctus: Aliter enim non est procedendum ad tortu-

ram: quia contingit sæpe famulos fugere propter
 timorem domini, siue aliam similem causam, &
 domini sæpe mentiuntur contra seruos. Item di-
 23 cit fugam ꝛ facere probationem, videlicet, si sunt
 duo exules eiusdẽ nominis, & nescitur vere vter
 ipsorum sit exul, tunc ille, qui aufugit, iudicabitur
 esse ille, qui est exul. Prædicta opinio non placet:
 quia fuga potest contingere ex diuersis acciden-
 tibus, vide quæ not. in l. i. ff. de in ius vocan.
 Qua de re ob solam fugam non damnarẽ: quia
 24 omni ꝛ tempore de innocentia rei etiam confessi,
 & condemnati quærendum est, si de innocentia
 25 constat. Et indicia, quæ oriuntur ꝛ contra fu-
 gientem extenduntur contra parantem aufuge-
 26 re per regul. idem ꝛ operatur fuga in actu, sicut
 fuga in promptu secundum Bald. in l. pignoris
 gratia. C. de pignor. actio. Postremo notandum
 est, quod tradit Brun. in glo. circa tertiam in vers.
 adde notabilem effectum fugæ, & absentia, q̃
 27 licet ꝛ quando quis fugit, incumbit onus pro-
 bandi accusatori, & accusato, tamen quãdo quis
 non aufugit, incumbit solum accusatori.

S V M M A R I V M.

2 Vestigia, seu forma pedis in niue, luto, aut puluere relictã
 an faciant indicium ad torturam, uel ad condẽnationem?

De forma pedum. Cap. V.

2 **P**er vestigia ꝛ seu formam pedum relictã in
 niue, luto, seu puluere oritur indicium ad con-

DE FORMA PED.

demnandum, vide Alberi. in l. Indicia col. ij. C. de rei vendi. vbi dicit, q̄ cum quidam criminaretur de vis ablati a vinea, adductus fuit reus ad locum vestigiorum; & quia iudex reperit formam pedum conformem, condemnauit eum. Sed dico hoc non sufficere ad torquendum, & minus ad condemnandum: contingit enim inter homines quaedam similitudo, & forma pedū; vnde facile iudex potest errare; Quāobrem tale indicium, nisi fuerit vallatum non sufficit: accedentibus vero alijs poterit reus torqueri, vide Bal. in l. non hoc C. vnde legit. in l. diuina de simili indicio in psalmo Dauid nu. li. lbi. in medio ipsi calcaneum obseruauerunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Cruor si in uestimentis, aut armis alicuius appareat, auriatur indicium ad torturam?
- 2 Visus si aliquis sit exire cum gladio sanguinolento, vel uisus fuerit fugere uersus nemora, delicti indicium manifestum habere dicitur.

De cruore in uestimentis. Cap. VI.

- 1 **S**I cruor † in uestimentis, aut armis alicuius apparebit, oritur indicium ad torturam secundum multos. Credo tamen hoc non sufficere: quia talis sanguis potest accidere ex diuersis accidentibus; et secundum Quint. lib. iij. cap. ix. ibi,

sanguis, vel ex hostia resperxisse vestem potest,
 vel è naribus profluxisse: non vti, qui vestè cruen-
 tam habuit, homicidium fecerit. Sed, vt per se
 hoc indicium non sufficit, ita cæteris adiunctum
 testimonij loco ducitur, vt puta, si reus fuerit ini-
 micus interfecti: si ante minatus: si eodem in loco
 fuit, vbi de delicto constat: ips enim & similibus
 cruori additis, orietur manifestum indicium, vi-
 de Quint. lib. v. de signis c. ix. & Cic. lib. i. de in-
 uer. tit. xij. vbi de prædicto, & similibus fit men-
 tio. Apud iuriconsultos id indicium est mani-
 festum, vt puta visus exire cum gladio cruento
 à loco delicti, vel visus fugere versus nemora: de
 ips dicetur in tit. ne reus per aliqua indicia conuin-
 catur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pallor an indicium faciat ad torturam.*
- 2 *Cordis dispositio magis apparet in facie, quam magis ur-
gent omnes sensus quam alias partes.*
- 3 *Pallore in reo superueniente, quando interrogatur à iudi-
ce, ob id reus non torquetur.*
- 4 *Sapientis animum paulisper moueri & contrahi, & pal-
lescere necesse est, non opinione mali percepta, sed qui-
busdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis
atque rationis peruertentibus.*
- 5 *Confidentie signum est non palleescere, & non expaues-
cere, cum naturaliter quis expauescere debeat.*
- 6 *Intellectus l. de minore s. tormenta. ff. de questio.*

*De pallore, & trepidatione, &
similibus. Cap. VII.*

- 1 **A** Pallore, † & similibus oritur indicium ad
torturam secundum Bart. in l. de minore. ff.
de quaestio. & ratio est secundum Philosophos :
- 2 quia † cordis dispositio magis apparet in facie,
quam magis urgent omnes sensus, quam alias
partes. Et vere quid accidit diffuso sanguine, aut
contracto, vide Gel. lib. xix. cap. vi. Idem in lege
3 divina cap. ij. Neemiae, ibi, quare vultus tuus tri-
4 stis est, non est hoc frustra; sed malū nescio quod
in corde tuo est. Et cap. iij. Gene. ibi, cur concidit
facies tua. Sed ex praedictis secundum Bru. non
oritur indicium ad torturam ut per eum in glos.
circa tertiam, quem multi scribentes sequuntur.
Vnde distinguo si ante delictum quaeretur, de
hoc dictum est in tra. primo in c. viij. Si autem
post delictum subito quis appareat ex accidenti
pallidus, & non appareat de causa, poterit tor-
queri; dummodo sint inimicitiae, vel alia, ex qui-
bus possit ultra pallorem coniectari. Secus quan-
do reus † interrogatur a Iudice, aut alijs perso-
nis, tunc enim licet palleat, trepidetque; non ta-
men torquebitur; & ratio est; quia pallor, et simi-
lia contingunt ob diuersa accidentia. Et primo
4 ob magnitudinem periculi: sapientis enim † ani-
mum paulisper moueri, & contrahi, & palle-
scere

Scere necesse est, non opinione alicuius mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atque rationis prauertentibus, vide Gel. lib. xvij. cap. 1. Et licet prædicta possint contingere, etiam conscientia peccati, tamen in causis nō vere apparentibus non præsumitur causatum: Immo secundū t̄ Oratores, & Philosophos potest dici eum, qui nō expauescit, vique adeo præmeditatum fuisse quid sibi esset vlti futurum, vt confidentissime resistens responderet, quæ signa confidentiæ, non innocentiae sunt, de quo ad Herē. lib. ij. tit. vij. & Gel. in libris, & cap. vt supra. Et ratio est secundū supradictos auctores, q̄ quoties homo non expauescit, cum naturaliter expauescere debeat, & soleat, præcogitasse, & præsciuisse credi oportet. & ita potest intelligi. l. de minore. s. tormenta. licet doctores aliter intelligant. ff. de quæstio.

S V M M A R I V M.

1. *Tactus indicium affert, sed fallax. Idem de odore, gustatu, & simili alio sensu. possunt tamen facere suspicionem.*

Ex tactu, odore, gustatu. Cap. IX.

EX tactu oritur indicium, cū reus cognitus est: quia ei tacta sunt arma, vel alia instrumēta, q̄ sub pallio gestasset: vel q̄ manus, & alia pars cor

H

DE ODORE ET GVST.

poris tacta sit. Sed indicium huiusmodi fallax est, vt in cap. xxvij. Gene. ibi, vox Iacob est, sed manus sunt Esau. Idē ex odore, & gustatu, & simili aliquo sensu: nam quiuis horū sensus potest conflare suspicionē. vide autē. ad Heren. lib. ij. tit. vi.

S V M M A R I V M.

- 1 **Bannitus per contumaciam si se presentet, an ob id tantum, sine alijs indicijs possit torqueri?**
- 2 **Absentia indicium tollitur per spontaneā presentationem rei.**
- 3 **Iudex non debet plus oneris imponere, quam lex, imō mens iudicis debet esse conformis legi.**
- 4 **Absentia rei potest contingere ex diuersis causis, & accidentibus.**
- 5 **Iudex non debet male presumere de his, que lege conceduntur.**
- 6 **Contumacia sola quis torqueri non debet.**
- 7 **Absens non damnatur, si contra eum delictum probatum non fuerit.**
- 8 **Cōtumax reus si capiatur, ex hoc solo poterit torqueri.**

De absentia exulū ad inquirendū. Ca. x.

Secundum Brun. in tract. v. principaliter per supradicta oritur indicium ad torturā, vbi dicit. Addo alium casum, in quo potest ad torturam perueniri sine indicijs, videlicet: quando accusatus † vel inquisitus: quia non comparuit positus

fuit in banno: nam si postea cōparet; q̄ vult purgare contumaciā, & respondere, quod forte ei a statuto permittitur, poterit torqueri sine alijs indicijs. vide Hip. §. diligēter nu. cxxxvi. Sed prædicta non sunt vera; Primo quia indicium t̄ absentiaē tollitur per præsentationē rei. argumē. l. diuus. ff. de in. r̄e. restitutio. Secūdo quod lege p̄mittente fit, iure fieri videtur: Iudex enim t̄ non debet plus oneris imponere, quā lex: & mens Iudicis debet esse conformis legi. vt per Bal. in. l. ij. C. si penden. appella. vide cap. xij. Deute. Tertio quia absentia t̄ potest contingere ex diuersis accidentibus, & de absente (lege concedente) non est male præsumendum: quia de h̄s, t̄ quæ conceduntur Iudex non debet male præsumere. l. si tu tor C. de priuileg. tuto. Postremo t̄ nō debet quis per solam contumaciam torqueri, cum nec possit exulare. l. raptor. C. de episc. & cleric. vbi plus dicitur, q̄ licet t̄ reus absit, non damnatur tamē, si contra eum non fuerit probatum delictum. Et intellige in t̄ reo se præsentante in termino legis: secus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torqueri.

S V M M A R I V M.

1. Sortilegijs, & diuinationibus multi ad tormenta procedunt.
2. Maleficium tollere licet etiam per incantationes demonum, dummodo animus non recedat à Deo.

H ij

DE SORTILEGIIS

- 3 Sortilegia nec etiā ad inquirendum iudicium præstant.
- 4 Sortilegijs nec vitæ salus est querenda, uel recuperanda.
- 5 Index per sortilegia inquirens potest puniri, quamuis reus reperiatur culpabilis.
- 6 Illicitum cōmittens ab illiciti poena non excusatur, quānis tale illicitum ad optimū finem peruenerit.
- 7 Sortilegijs & diuinationibus Caldei præcipui usi sunt in syria.

De Sortilegijs. Cap. XI.

- 1 **P**ER sortilegia, & siue diuinationes multi procedunt ad torturam, freti credo consilio Baldi incipiente; quia quæstio ista, ubi dicitur licere maleficium tolli etiam per incantationes Dæmonū, dūmodo animus non recedat à Deo. Sed Hip. tenet per prædicta posse inquireri, in .s. diligenter n. clxxxii. Cæterum prædicta confutari oportet, cum intersit religionis Christianæ. Vnde dico, nec etiam posse inquireri per prædicta: quia ab orbe condito fuerunt prohibita, ut in cap. xiiij. Deuter. Deinde per ius Canonicū, & Civile, ut in suis tit. Quomodo ergo potest inquireri, & torqueri lege prohibēte? Et horresco à supradictis literis esse traditum hæc prophana; cum nō liceat recedere à Deo, nec ore, nec corde. iuxta verbū Dñi; Qui negauerit me coram hominibus &c.
- 4 Nec licet etiam pro salute recuperanda quærere talia; licet aliter sanitas recuperari nō possit; ita dicitur in cap. admonēdi dif. xxvii. Hoc amplius

- 5 sentio; q̄ Iudex † inquirens per similia possit puniri: quāuis reus reperiatur culpabilis; ex quo Iudex delinquit in legem, & contra naturam legis.
- 6 & quoties † aliquis committit illicitum, ab illiciti poenā non excusatur, quāuis tale illicitum peruenit ad optimum finem secundū Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. præsid. De talibus indicijs Oratores non meminerunt: quia pro nihilo habita sunt: quāuis tūc temporis multa oraculis, somnijs, & portentis declararentur: vsū tamen prædictorū ad exploranda delicta reuenerunt; Imo' eo tempore multi prophana existimarunt. de quo Horat. 1. carmi. ibi.
- » Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
- » Finem Di dederint LEV CONOE: nec Babylonios
- » Tentaris numeros: ut melius quicquid erit pati.
- 7 Hac arte † præcipue Caldei vsi sunt in Syria, & Babylon caput olim Caldeorum, vt tradit Cicer. de Diuinat. Et vide Valer. lib. 1. de Auspi. loquētem de C. Cor. Hyspalo: et Soly. & Diod. li. ij. Sed prædicta omnia, vt supra dictū est, per omnes leges fuerunt prohibita: quia † tales malefici sunt, & appellantur per leges hostes humani generis. l. si. C. de malefi. cap. vñ. Exod. Reliquum est ergo, vt non solum Iudices a' prædictis abstinuant, nec etiam inquirendo: licet Hippo. inquiri posse tradiderit. Sed tales hostes humani generis & Christianæ religionis p̄sequantur (dicēte Domino) maleficos non sinas viuere, cap. xij. Deut.

NE REVS PER ALI- QVA INDICIA CONVIN-

catur vt pœna capitali damnetur
tractatus XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus non conuincitur ob aliqua indicia, ut pœna capitali damnetur.
- 2 Indicia aliqua non sufficiunt ad procedendum ad aliquam pœnam capitalem.
- 3 Nemo debet ex præsumptionibus damnari, sed probationibus luce clarioribus, cum de hominis uita agitur.
- 4 Indicia indubitata, non sunt adeò indubitata, quin aduersus ea probari possit.
- 5 Visus exire cum gladio sanguinolento non habet tam indubitatum contra se indicium, ut ex eo damnari possit, cum esse possit, quòd eo non obstante non solum non occisor, sed nec uulnerator fuerit.
- 6 Indicia necessariò non concludunt, quando ueritas potest aliter se habere.
- 7 Probatio contra indicia etiam indubitata admittitur.
- 8 Iudices ex indicijs etiam indubitatis quempiam condemnare non debent.
- 9 Conuictus quis aliqua lege dici nõ potest ex indicijs etiam indubitatis.
- 10 Iudices nõ nisi auditis, et pensatis defensionibus, reorum iudicare meminerint.

NE REVS PER INDI. CONVIN. 60

- 1 Dominus dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, et consilium eius, perdetur a parvulis, & a stultis.
- 2 Iudex ex seipso etiam nemine petente debet querere defensiones reorum.
- 3 Iudices debent esse solliciti, & curiosi in explorando facto, & defensionibus reorum, et non debent querere ius ante factum.
- 4 Reus captus an debeat audiri, an vero possit statim de crimine condemnari?
- 5 Testes non publicati nõ inducunt aliquam probationem.
- 6 Captus ex hoc solo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio convincatur.
- 7 Quilibet admittitur ad defendendos reos.
- 8 Iudices cavere debent, ne homicidas querendo, homicidas fiant, & ne alios iudicando, seipso condempnent.
- 9 Defensio reorum non potest lege Pontificis, aut Imperatoris tolli, cum sit de iure naturali.
- 10 Defensionis reus non potest renuntiare.
- 11 Nemo est dominus membrorum suorum.
- 12 Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis iustum non occidere.
- 13 Defensionis renunciatio à reo facta, quando à iudice sit admittenda?
- 14 Reus repertus in flagranti crimine, an de facto puniri possit?
- 15 Confessus crimen debet tamen moneri ad faciendum suas defensiones.
- 16 Indicia quamvis urgentissima non sufficiunt ad damnandum reum in crimine capitali, etiam si sint talia, quæ

- montē iudicis adeo coerceant, ut aliter credere nō possit.
27. Iudex licet uiderit homicidium committi, damnare tamers non potest delinquentem, nisi de homicidio fuerit legitime probatum.
28. Iudices scire debent per aliqua indicia hominem non posse damnari.
29. Indicia, quæ uim plenæ probationis habent in ciuilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.
30. Iudices non nisi per probationes luce meridiana clariore debent reum condemnare ad mortem, cum in occultis uersetur iudicium Dei tantum.
31. Iudices huius mundi debent iudicare secundum prudentiā, quæ cadit in hominē, relinquēdo cætera iudicto Dei.
32. Iudex debet iudicare ea quæ certo scit, non autem per indicia, quamuis urgentissima.
33. Indicijs hominem iudicare exemplo perniciosum est, cum sæpe per ea innocentes fuerint damnati.
34. Indicijs etiam urgentissimis quis non est damnandus capitaliter, sed est torquendus potius, ut possit super certo iudicari.
35. Torquendum esse neminem nisi in subsidium probationum, quomodo intelligatur?
36. Indubitata legi, debent esse indubitata iudici.



Dictum est supra de indicijs, per quæ torquetur reus, & per quæ non dicendum foret ordine scribentium de indicijs manifestis, ob quæ non torquentur rei, sed damnantur, de quibus indicijs fit

1 mentio ab omnibus. Sed quia sentio t̄ ob aliqua
indicia reos non conuinci, vt pœna capitali dam-
neatur, propterea omitto, excutiens propter ali-
2 qua t̄ indicia non esse procedendum ad pœnam
3 capitalem: quia nemo debet t̄ ex præsumptio-
nibus condemnari, sed ex probationibus luce
clarioribus, cum de hominis vita agatur l. fin.
C. de proba. Et alia ratio est in promptu: quia
4 indicia, t̄ quæ scriptores indubitata appellant,
non sunt adeo indubitata, quin aduersus ea possit
probari, vt in exemplo, si quis visus fuerit exire
de loco, qui solum aditum habet, cum ense san-
guinolento, quod exemplum apud scribentes
maximum est, & indubitatum, vide Gandi. In
5 tit. de indic. indubit. Sed in contrarium t̄ potest
argui, q̄ ille vulnerauit tantum, & alius exanima
uerit; sed fortius esse potest, q̄ neque vulneraue-
rit, prout nostris temporibus euenit, q̄ quidam
occidit quendam cum ense: relicto ense fugit: su-
peruenit amicus interfecti, & apprehendit ensẽ
cruentum sequens homicidam, captus fuit, fuitq̄
liberatus, quia in contrarium probauit: Et re ve-
6 ra indicia t̄ non concludunt necessario, quando
veritas potest aliter se habere, vt supra, vtiq̄ per
indicia huiusmodi rei condemnari non debent.
Idem in l. Moysis cap. xxix. Genes. in fine. Ve-
rum in supradictis dupliciter consideratur, vno
7 modo, quando t̄ reus vult aliquid probare, &
tunc sine dubio audiendus est: quia prædicta in-

N E R E V S

8 dicia nō sunt adeo indubitata, vt supra, licet mul-
 ti Iudices † contra ius, & fas aliter obseruent, &
 reos tanquam conuictos condemnent, quibus
 potest obijci.

9 „ Quod genus hoc hominū? quæuē hunc tā barbara morē
 „ Committit patria?

Abhorreant igitur hanc opinionem Christiani
 Iudices, tanquā prophanam: Nam exordiēdo
 9 † ab orbe condito iudicia dei repugnant, & pri-
 mo' nunquid Adam de peccato conuictus fuit
 apud Deū? Nunquid Cain de homicidio? Nun-
 quid villicus de iniqua villicatione apud CHRIS-
 TVM? cui dictum fuit, redde rationē. Nunquid
 lex vestra iudicat hominem, & non prius audi-

10 uit, seu cognouit eum? Meminerint † itaque Iu-
 dices non nisi auditis, & pensatis defensionibus
 reorum iudicare exemplis vt supra, quia maiora
 tradi non possunt, cum Dei sint, & homines ea
 imitari oporteat, iuxta illud, ne innitaris pruden-
 11 tiæ suæ, quia † dominus dat sapientiam, &
 cōsiliū; & qui negligit legem, & consilia eius,
 perdetur a paruulis, & a stultis, et qui detrahit, aut
 addit, mētitur c. i. ij. iij. viij. & xij. Prouerbiorum.

12 Hoc etiam † apud multos Iuris peritos certi iuris
 est: quippe fatentur omnes Iudicis esse ex se ipso
 nemine petente quærere defensiones reorum l. si
 non defen. ff. de pœn. Quo pacto ergo Iudices
 volunt condemnare reos, aut conuincere per ea,
 quæ necessario non concludunt? Et probari po-

1 test quid tale, quo probato non damnarentur: ex
 2 facto enim ius oritur. Quare Iudices t oportet
 esse sollicitos, & curiosos in explorando facto, &
 defensionibus reorum; & non debent quærere
 3 ius ante factum. Occurrit t hic glos. in c. fin. de
 hære. lib. vi. quæ contra religionem iudicantium
 tradit reum captum non audiri, sed posse con-
 demnari; quam glos. multi Iudices sequuntur,
 Contra quos tamen est ratio cõcludens, q̄ testes
 4 t nō publicati nō afferunt, siue inducunt aliquam
 probationem, per regulam, nō dicitur quicquam
 probatum, nisi publicato processu l. solam C. de
 test. nec sequitur, captus est, ergo damnari debet:
 quia in contrarium est iuris regula, q̄ ex eo, q̄
 5 quis sit captus t non debet de crimine damnari,
 nisi aliter de maleficio conuincatur: Interest enim
 6 reip. ne innocens puniatur. Vnde t quilibet
 admittitur ad defendendos reos: quia cuiuslibet
 propria debet esse humanitas vt per Paul. de Ca-
 7 stro in cons. clxviij. Quanto magis interest t lu-
 dicum quærere defensiones reorum, ne homici-
 das quærendo homicidæ fiant, & iudicando se
 8 ipsos condemnent: Sciant t euncti non Ponti-
 ficem, non Imperatorem posse reorum defensio-
 nes tollere per suas leges: etenim defensiones sunt
 de iure naturali. clemen. pastoralis de re iudi. l.
 9 defensionis facul. C. de iure fisci lib. x. Hoc tam-
 10 plius rei non possunt renunciare propriæ defen-
 sioni. est glos. in l. pactum inter hæredem. ff. de

- 21 pact. Ratio reddi potest, quia nemo est t̄ domi-
 nus membrorum suorum, l. i §. vsque adeo. ff. de
 Iniu. Aut aliter insigniter dici potest: quia interest
 22 t̄ Iudicis ratione humanitatis, & intuitu religio-
 nis nō occidere iustum cap. xxij. Exo. Nec aliud
 23 genus t̄ renuntiaē Iudex admittet, nisi reus dicat
 se alias non habere defensiones, & Iudex cogno-
 scat reum carere defensionibus. Bald. in l. seruum
 24 quoque, ff. de Procur. Fallit tamen t̄ secundum
 aliquos in reo reperto in crimine; qui de facto po-
 test puniri, vt in gl. l. i ctus fustiū. ff. de n̄s qui not.
 infam. Quæ tamen opinio non placet: quia licet
 25 quis confiteatur t̄ crimen (quod maius est) de-
 bet tamen moneri suas facere defensiones. not. in
 l. i §. si quis in villa. ff. ad Syl. dicetur in tit. de con-
 fess. Altero modo considerandum est, quando
 sumus in supradictis indicijs, & reus non potest
 26 in contrarium probare. Similiter t̄ dicitur in su-
 pradicto casu ad damnandum reum in crimine
 capitali non sufficere argumenta quamuis vrgen-
 tissima. Et si sint talia, quæ mentem iudicantis
 adeo coerceant, vt aliter credere non possit, ita
 dixit Paul. de Castro in cons. cxcvij. quem recitat
 Cepo. in consi. vi. & xxxij. criminali: vbi reddi-
 27 tur pulchra ratio, q̄ licet Iudex t̄ viderit commit-
 ti homicidium, damnare tamen non potest delin-
 quentem, nisi de homicidio fuerit legitime pro-
 batur; minus potest damnare, quia credit ita esse
 per indicia. Hanc opinionem tenuit Brun. in v.

quæstio. quasi in fine dicens esse potuisse, fugientem cum gladios sanguinolento fecisse ad sui defensionem. Contra tamen rationem Brun. tenet; quia solum tractatur per supradicta indicia de convincendo reo de delicto commissio, & sic an occiderit? non autem si potuit impune occidere. Primo enim quæritur si occiderit, postea si occidere potuit: nam per prædicta indicia ambigitur an occiderit: an potuerit iure occidere, alterius est speculationis. Vnde licet opinio Brun. sit bona, non tamen per prædictam rationem, quæ non congruit quæstioni. Sciunt etiam Iudices 28 per aliqua indicia hominem non posse damnari exemplo Salomonis, qui licet iudicaverit vni mulieri filium, non tamen voluit aliam ad mortem condemnare, tametsi essent indicia 29 contra eam: quia indicia t quæ vim plenæ probationis habent in civilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus, vt per Innoc. in c. afferte. de præsumptio. & Bald. in l. fin. C. eod. 30 Et ratio reddi potest; quia Iudices non t nisi per probationes luce clariores debent reum condemnare ad mortem, cum in occultis versetur iudicium 31 Dei tantum. Et Iudices orbis t debent iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominem relinquendo cætera iudicio Dei. cap. xxi. Exod. & iuxta illud, descendam, inquit Deus, & videbo: dixit enim videbo, tanquam iudex, non tanquam Deus, ita intelligunt omnes. Vnde elicitur

NE REVS PER INDI. CONVIN.

32 Iudicem debere iudicare t̄ quia certo scit, & per probata legitime ita vt videat, & cognoscat sic esse, non autem per indicia, quāuis, vt supra, vr-

33 gentissima. Exemplo enim t̄ perniciosum est per talia indicia hominem condemnare: quia contingunt contra hōmines quaedam verisimilia indicia, quæ etiam iustificari non possunt, & multi per ea damnati fuerunt, quos per superuenientiā delinquentium cognitum fuit innocentes damnatos esse. Vnde propter t̄ periculum iudiciū tutius esse existimo reum torqueri, vt possit super certo iudicari. Nec obstant, quæ apparent in contractum, neminem torqueri, nisi in subsidium probationum: quia respondeo prædictam t̄ regulā habere locū, quando constat de delicto per aliud genus p̄bationis, quā p̄ indicia supradicta, vt puta si p̄ testes fuerit legitime probatum, siue in ijs, per quæ lex vult condemnare exemplo l. si

36 quæ, C. de Adulter. nam quæ t̄ sunt indubitata legi, debent esse indubitata iudici. l. si tutor. C. de pri. tutor.

CLARISSIMO GABRIELI Gradenico patritio Veneto.
Franciscus Casonus. S. D.



INTER humana facinora maximum est facinus iniuste iudicantis. Quam ob rem obijcitur per os Diuinum. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Etenim ratione humanitatis, & religionis inter est iudicium quære ne innocentem condemnent. Sed quia causa, & materia tormentorum difficilima est, quam rem fragilem, & periculosam Iurisconsulti appellant, & lex diuina refellit. Ideo de ijs pauca, & laconice scripsi, quæ tum ab Oratoribus, & Iurisconsultis, tum præcipue diuinis præceptis accepti, quæ maxime spectari, & obseruari oportet. Nam consilium, & equitas, & prudentia Dei sunt, per quem Legum conditores iusta constituunt, & Potentes decernunt ueritatem. Itaque Dei optimi maximi auxilio opusculum hoc auctoritatibus diuinis uallatum tibi benignissimo, ac pientissimo, optimoque patrono dicatum edere non sum uertus, certò sciens defensum iri clipeo candoris, prudentiæ, & eloquentiæ tuæ. Vale.

TRACTATVS DE

TORMENTIS SE-

CVNDVM ORATORES, IVS

diuinum, & Ciuile, Francisci Ca-

soni Iuriconsulti Opitergini.



S V M M A R I V M .

- 1 Tormentis, humanitatis, religionis & Iuriconsultorū argumenta repugnant.
- 2 Tormentis & quæstionibus non semper fides est adhibenda.
- 3 Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quā boni ciuitatibus attulerunt.
- 4 Tormenta & quæstiones nisi certis in rebus interponi antiqui uoluerunt.
- 5 Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea profilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs.
- 6 Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.
- 7 Indiciorum loci, & origo, remissiuè.
- 8 Indicia ad torturam debent esse talia, ut suspectus sit reus, & alijs argumentis, ita probationi admoecatur, ut sola confessio deesse uideatur.

9 Confessioni

9. Confessione rei ne credant iudices licet sepius ratifica-
te nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.
- 10 Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent,
quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.
- 11 Intellectus l. questionis modum. ff. de questio.

De periculo tormentorum & de errore re Iudicum. Cap. I.



Tormentis t̄ & humanitatis, religionis,
nec non Iuriscōsultorū argumenta
repugnant. In primis exordiēdo ab
orbe condico exempla fori diuini nō

desunt. Et enim absq; tortura reos, aut condem-
natos, aut liberatos fuisse constat. Deinde t̄ secus
dum Iuriscōsultos quæstionibus fidem non sem-
per, non tamen nunquā habendam, constitutio-
nibus declaratur: etenim res fragilis est, atque per-
riculosa, & quæ veritatem fallit. Nam plerique
patientia, siue duritia tormentorū, ita tormenta
contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo mo-
do possit. Alij tanta sunt impatientia, vt in quo-
uis mentiri, quā pati tormenta velint. Et ita fit,
vt etiā vario modo fateantur, & non tantum se,
verum etiam alios criminantur. l. i. ff. eod. Quam
obrem t̄ multi populi tormenta renuerunt: quia
plus mali, quā boni ciuitatibus attulerint, & eo-
rum perniciē plures innocētes, quā nocentes dā-
nauerint. Et hodie in regno Aragoniæ non tor-
quentur rei. Præterea t̄ legitur maiores voluisse

DE TORMENTIS

„ nisi certis in rebus interponi quæstiones: cum,
 „ quæ verè dicerentur sciri: quæ falso in quæstione
 „ pronunciarentur, refelli possent hoc modo. Quo
 „ in loco quid possum sit: & siquid esset simile:
 „ quod videri, aut aliquo simili signo percipi pos-
 „ sit, vide aut. lib. i. ad Heren. Quamuis supra dictæ
 „ sententiæ verba vetustis in codicibus aliter ac in
 5 nouis legantur. Reliquum ¶ est ergo, vt iudices
 „ aut abhorreant tormenta, aut nō facile ad ea pro-
 „ filiant; nec in omni causa, nec in omni persona,
 „ nec quibuslibet indicijs: Et licet (vt dicunt om-
 „ nes) non possit dari certa doctrina, potest tamen
 6 ¶ dari aliqua via ad cognoscendū indicia sufficien-
 7 tia ad torturam. Bart. in l. fin. ff. eod. De locis, ¶ &
 „ origine indiciorum dictum est in opere de indi-
 „ cijs, per quos locos videre est, quid in quacuncq;
 „ re verum sit, & quid verisimile, atque probabile:
 „ Et maiori ex parte vnusquisque coniector est ve-
 8 ri. Sed vltra prædicta, indicia ¶ debent esse talia
 „ ad torturam, cum suspectus est reus, & alijs argu-
 „ mentis, ita probationi admouetur, vt sola con-
 9 fessio deesse videatur. Et confessioni ¶ ne credat
 „ iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi dicta confessio
 „ fuerit per signa declarata. de quibus signis dice-
 „ tur in c. xx. quod est maxime notandum in hac
 10 materia. Est & cōmunis ¶ error iudicum putan-
 „ tium torturam esse arbitralem, quasi naturā cor-
 „ pora reorum arbitrio suo ad lacerandum creatit;
 „ Contra quos dico, q; quādo esset simpliciter ar-

bitrium (quod tamen non conceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius commune; secundum Ange, in l. i. ff. de testa. mitt. Et omnes scribes consentiunt. Vterius dico, quod iura loquentia de arbitrio intelliguntur contra accusatorem, non contra reum, videlicet, Iudicem posse desistere, & supersedere a tortura propter periculum, & fragilitatem torturæ, non autem excedere modum, de quo modo lex disposuit, ut in l. tibi, quando, vel quatenus faciendum fit videamus. ff. eod.

Et ita intelligitur lex quæstionis modum eiusdem tit. dicente Iuriconsulto, ibi. Itaque quæstionem haberi oportet, ut servus saluus sit innocentæ, vel supplicio.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad tormenta non est deveniendum, nisi constet de homine mortuo, & de cadavere, & de vulneribus.
- 2 Cadaveris & eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad Iudices propter periculum iudicandi.
- 3 De ictu & vulnere standum est in arte peritis. Et ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine status dicto unius.
- 4 Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et que sit ratio?
- 5 Confitens occidisse aliquem an sit damnandus, si non constet de corpore, vel id non sit verisimile?
- 6 Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo per-

Beneficium est, quod etiam procedit in accusatis de furto,
 & beneficio.

*De non torquendo reo nisi constet de
 delicto. Cap. II.*

1. **T**rimis sciendum est non t̄ deueniri ad tor-
 menta, nisi constet de homine mortuo, & ca-
 dauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera
 sint, & quæ non, & in qua parte corporis, et quo
2. genere armorum. Et talis t̄ inspectio spectat ad
 peritos, licet a multis Iudicibus fiat, quæ tamen
 fieri non debet propter periculum iudicandi; cum
 rei damnentur secundum ictum suum, in puris
3. tamen rixis: & de ictu t̄ standum est in arte peri-
 tis. Hoc amplius duo requiruntur medici, licet de
 consuetudine stetur dicto vnus, vide Bart. &
 Hippoly. l. fin. ad l. Corn. de sic. Abstineant igitur
 Iudices maleficiorum a tali prophana con-
 suetudine, vt dictum est in opere de iudicijs c. ij.
4. In quibusdam t̄ tamen casibus, licet regulariter
 torqueri, nec etiam inquiri possit, nisi constet de
 delicto, proceditur ad torturam, vt puta in latro-
 nes, qui abscondunt cadauera eniendo in flumi-
 na, aut mare. Vnde si t̄ Reus confiteatur occi-
 disse aliquos ignotos, damnabitur, licet non appa-
 reat corpora fuisse interempta, vide Brua. in glo.
 sexto principaliter, vbi dicit fuisse iudicatum in ci-
 uitate Senensi. Limitat tamē hoc non obseruari,

quando non esset verisimile propter distantiam loci, vel bonam famam criminari. Sed ego in hoc casu dico, reum non damnari, nisi constet de certa persona, & indiuiduo, vel saltem constet de certis signis: quia delictum debet verificari, ut infra dicitur, de verificanda confessione, ut puta de vestimentis, vel pecunijs ademptis occiso. Exemplo Tenim perniciosum est torquere, nisi constet delictum. Legitur enim seruum. M. Agrigarij in simulatum occidisse Alexandrum Titi Fanonij seruum, eoque nomine tortum, confessum facinus, supplicio affectum, paruulo tamen tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, domum rediit. vide Valerium Max. lib. viij. de Quæst. cap. iij. Et quod dictum est de homicidio, extende ad furta, licet hoc tempore Iudices statim, q̄ aliquis dicit, sibi aliquid furto subtrahatum, torqueant suspectos. De tali errore vide Brun. in glo. circa quartam. Idem si quæstio erit veneficij, constare debet veneno necatum. De hoc dictum est in opere de iudicijs, cap. iij.

S V M M A R I V M

1. *Processio non formato non deuenitur ad tormenta, & an id procedat in manifesto, & notorio criminoso, & in inuento in flagrante crimine.*
2. *Accusatus, uel inquisitus si recuset respondere accusationi, uel inquisitioni potest torqueri etiam sine iudicijs ad*

DE TORMENTIS:

1. et mandant responſionem, ut poſit procedi.
3. Reos ter interrogatos non reſpondentes accuſationi, perinde ac confeſſos Brutus damnauit, cuius tamen opinio non eſt ſeruidanda.
4. Rei ad torturam ducti, & interrogati quid ſciam de tali re, ſi reſpondeant dixiſſe. Et interrogati, quid dixerint, reſpondeant, eſſe ſcriptum, & aliud reſponſum dare nolint, an poſint torqueri, donec iudici aliter reſpondeant.

*De non torquendo reo niſi formato pro
ceſſu, & de errore Iudicium.*

Cap. III.

1. **N**on formato ꝛ proceſſu non deuenitur ad tormenta, niſi in manifeſto, et notorio criminoſo, et inuento in flagrante crimine, quo caſu de facto proceditur. Et ſecundum notales ſcribentes ex hoc ſolo dicuntur eſſe conuicti, et de facto poſſunt puniri. arg. l. uolca. s. i. & quæ ibi not. C. de rapr. virg. & gloſ. in l. i. ctus fuſtium. ff. de his qui not. in fa. Sed hæc opinio nõ placet, quia licet quis confiteatur crimen, debet tamen moneri ſuas facere deſenſiones, prout dicitur infra de cõfeſſione ſpontanea. Eo magis in ſupradicto caſu, & in quocunq; alio oportet formare proceſſum, antequam deueniatur ad torturam. Fallit ꝛ tamen quando Reus inquiſitus, ſiue accuſatus recuſat reſpõdere accuſationi, ſiue inquiſitioni: tunc enim torquetur, etiam ſine iudicis non ad eliciendam
- 2.

confessionem; quia non formato processu nihil
 agi oportet, sed ad eruendam responsionem affir-
 matiuam, siue negatiuam, ut possit procedi, vide
 Bal. in l. si accusare. C. qui accusare non pot. Sed
 volunt aliqui reos recusantes respondere, tanquā
 3 confessos damnari. Legitur Brutum T reos ter
 interrogatos non respōdentes accusationi perin-
 de accōssos damnaſſe, vide Plutarchum in vi-
 ta Publi. in principio. Sed hæc Brui opinio non
 est obseruanda, nisi forte in reo criminoso, vel in
 inuento in flagranti crimine. Sed aliquando
 contingit q̄ postquam acceptum est constitutum
 4 T a reis de plano, si ducuntur ad torturam, & in-
 terrogantur, quid sciant de tali re, respondent,
 dixisse. Interrogati, quid dixerint, respondent,
 esse scriptum, & aliud responsum nolunt dare.
 Hoc casu quantumvis indicia sint leuia, poterunt ta-
 men torqueri, donec respondeant iudici, quia te-
 nentur respondere, & replicare. Simile conti-
 git hoc anno in quibusdam incendiarijs, ex quo-
 rum responsione, accedentibus quoque alijs non
 leuibus indicijs, extraordinaria poena condem-
 nati fuerunt Prætorē MARGO Antonio Geno,
 patritio Veneto, ac præclaræ indolis iuvene, ut
 de eo omne bonum sperari, ac expectari possit.

S V M M A R I V M.

1 Torqueri non debet reus non publicato processu.

I iij

DE TORMENTIS.

- 2 Testes non publicati non inducunt aliquam probationem concludentem, quia eorum dicta possunt per oppositiones minui, ac tolli per aliam probationem etiam contrariam.
- 3 Indictorum copia debet dari à iudice ante torturam; licet iudices captos statim torqueri hodie iubeant, quorum obseruantia nulla lege nititur.
- 4 Reus ex eo quia captus, non debet de crimine damnari, nisi si aliter de maleficio conuincatur.
- 5 Reus ante torturam est audiendus, quia potest tale quid probare, quo probato non deueniretur ad torturam.
- 6 Cautius est agendum in causis criminalibus quam in civilibus, & in eis forma iudicij est fortius obseruanda.
- 7 Iudex tenetur inquirere de conditione testis, licet pars non dicat.
- 8 Indictorum exemplum dari debet reo opponere uolenti.
- 9 Papa, aut Imperator non potest facere aliquam legem, per quam tollantur defensiones reorum.
- 10 Iudex tenetur ex officio dare copiam indictorum reo, licet ipse eam non petat.
- 11 Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis, indefensum non occidere.
- 12 Iudex non admittet aliquod genus renuntiae defensioni factae per reum, nisi uere iudex cognoscat rem nullas habere defensiones.

*De non torquendo, nisi publicato processu et exhibita copia indiciorum**de errore Iudicum.**Cap. IIII.*

1 **N**on publicato processu non torquetur reus,
 quia non dicitur quicquam probatum, nisi
 publicato processu l. solam. C. de testi. Nam te-
 2 stes t non publicati non inducunt aliquam pro-
 bationem concludentem: quia dicta eorum pos-
 sunt per oppositiones minui, aut tolli per aliam
 3 probationem, etiam contrariam. Quare t secun-
 dum omnes Iudex tenetur dare exemplum indi-
 ciorum ante torturam. Hodie vero Iudices reis
 captis non exhibent indiciorum exemplum, &
 procedunt ad torturam. Sed hæc opinio in iure
 vndique refellitur, et ego sum senio confectus, &
 nunquam inveni aliquam legem, siue rationem
 pro tali obseruantia: nam nō consequitur, captus
 est ergo torqueri, siue damnari debet, imo ex eo
 4 t q̄ quis sit captus, non debet de crimine damna-
 ri, nisi aliter de maleficio conuincatur. Quam-
 5 obrem t reus audiri debet: quia potest quid tale
 probare, quo probato non deueniretur ad tortu-
 ram: potest enim reus opponere, siue in contra-
 rium probare: utique audiendus est: quia seque-
 retur absurdum, q̄ substantialis modus, et forma

DE TORMENTIS

6 indicij opponēdi testibus nō seruaretur in causis
 criminalibus, in quibus tamen t̄cautius est agen-
 dum, quā in ciuilibus: & secundum ipsos Iudices
 tolli debet de corpore iuris supradicta l. solam
 C. de testi. vbi est casus, q̄ ex dictis testium ante
 7 publicationem nō fit probatio. Præterea t̄ Iudex
 tenetur inquirere de cōditione testis, licet pars nō
 dicat, notatur in c. per tuas, extra de testi. Et ma-
 8 gis t̄ debet dari exemplum indiciorum reo oppo-
 nere volenti: quia tam testes, quā dicta testium
 debent esse explorata reo, cum oppositiones sint
 de iure Diuino, & audacter dixi nullam reperiri
 9 legem pro dictis Iudicibus: quia t̄ nec Pontifex,
 nec Imperator potest aliquā legem condere, per
 quam tollantur defensiones reorum; cum defen-
 siones sint de iure naturali, vide in opere de Indi-
 cīs in ritu. ne quis per aliqua indicia: vbi tenet, Iu-
 10 dicem t̄ teneri ex officio dare exemplum indicio-
 rum, licet pars non petat. quia reus nō potest re-
 nunciare propriæ defensioni, vide glo. in l. pactū
 11 ff. de pact. Et interest t̄ Iudicis ratione humanita-
 tis, & intuitu religionis indefensum nō occidere.
 12 c. xxij. Exo. Quare Iudex t̄ nō admittet aliquod
 genus renuntiaē, nisi reus dicat se alias nō habere
 defensiones, & reuera Iudex cognoscat eum ca-
 rere defensionibus. Et hæc obseruantia multum
 placet, vide Bald, in l. seruum quoque. ff. de pro-
 curato.

- 1 Torqueri non debet reus non præcedētibz indicijs, aliāz iudex punitur, licet per talem torturam reus repertus fuerit commisitfisse crimen obiectum.
- 2 Illicitum si quis committat, ab illiciti pœna non excusatur, licet tale illicitum ad optimum finem peruenerit.
- 3 Indicijz non præcedentibus si inquisitio formetur, & reus confiteatur, & ratificet, damnari tamen non poterit.
- 4 Confessio nulla non confirmatur per indicia superuenientia post questionem habitam. secus si sponte confiteatur, nam tunc sine indicijs damnabitur.
- 5 Iudex debet esse præprior ad torturam in delictis, quæ occultè comittuntur, præcedētibz tamē aliquilibz indicijs.
- 6 Casus, in quibus deueniri potest ad torturam sine plenis indicijs.
- 7 Reus ob contumaciā bannitus, si postea rapiatur, poterit sine alijs indicijs torqueri.
- 8 Torqueri licet reus consentiat, iudex eum torquere non debet sine indicijs.
- 9 Rel terreri possunt in casibus, in quibus possunt torqueri.
- 10 Iudices an quando desunt indicia contra aliquem, procedere possint per fortilegia?

De non torquendo sine indicijs etiam in crimine lesæ maiestatis, & de errore

Iudicum, Cap. V.

- 1 Sine indicijs † non torquetur reus. Vnde Iudex, qui non præcedētibz indicijs reum tor

- quet, puniri debet, licet per talem torturam reus repertus sit commississe crimen obiectum: ratio est, quia Iudex delinquit in officium; & contra naturam officij: & quando t̄ aliquis committit illicitum, ab illiciti poena non excusatur, quāuis tale illicitum peruenerit ad optimum finem. vide Bald. in l. obseruare. s. proficisci. ff. de offic. præsi. Et simile legitur exemplum, Torquati: quoniam bello aduersus Latinos cum esset Consul filium suum securi percuti iussit, qui speculatum ab eo missus ne pugnaret interdictus, hostem a quo prouocatus fuerat, occidit, & ipsi naturæ prætulit ius interdicti Maiestatis, atque Imperij. vide Ciceronē de finibus in vers. accurate. Item t̄ quando indicia non præcedunt, & inquisitio formatur, licet reus confessus fuerit, & postea ratificauerit, nō poterit tamen damnari: quia ab initio fuit illicitum.
- 4 Et t̄ confessio non confirmatur per indicia superuenientia post quæstionem habitam, glō. est in, l. maritus. ff. eod. de qua gaudet Bal. in, l. fina. C. de accus. Secus autem si reus sponte, & sine tortura confessus fuerit: quia tunc sine indicijs damnabitur. dicetur infra de spontanea confessione. Sed secundum aliquos in prodimentis, & tractatibus qui fiunt secreto, propter probationis difficultatem deuenitur ad torturā sine indicijs. vide Bru. tracta. v. Conclusiue dic, q̄ in t̄ supradictis casibus, & generaliter in delictis, quæ occulto committuntur, & de sui natura secreto perpetrantur, vs

puta adulterium, simonia, sodomia, veneno aliquem necare, moneta falsificare, & maleficijs de nocte commissis, Iudex debet esse promptior ad torturam, præcedentibus tamen aliquibus indicijs, sed sine indicijs nunquã & ratio est: quia in dictis casibus non inveniuntur testes. I. si cum exceptio. ff. q. metus causa. At apud Plutarchũ in vita Marealli legitur Capitolinum condemnatũ

„ fuisse ob sodomiam, licet nullus testis adfuisse:

„ sed solum animadversione pudoris, lachrimarũ

6 juvenis ad iudices acciti. Sunt t̄ & alij casus, in quibus torquetur sine indicijs, vt puta si de furto cõstat, possunt custodes torqueri. Item si hospitantĩ in aliquo hospicio aliquid sublatum erit, & ignoratur a quo familia hospitis poterit torqueri, nisi hospes fuerit bonæ famæ. vide Bart. in. l. i. ff. de p̄sec. vigi. Sed considerando prædictos casus, omnino non carent indicijs, licet non sint plena, & talibus casibus proceditur per qualia indicia, vt supra dictum est. Est & alius casus secundũ scriptores, in quo torquetur reus, etiam sine indicijs,

7 quorum verba sunt videlicet, quando t̄ accusatus, vel inquisitus, quia non comparuit, fuit positus in banno propter contumaciam: nam si postea comparet, quando vult purgare contumaciam, & respondere, q̄ forte hoc ei a statuto permittitur, poterit tunc quæstio haberi sine alijs indicijs. vide Brun. in glos. quinto principaliter. & Hipp. in. s. diligenter nu. cxxxvi. Sed animaduer

DE TORMENTIS

- se hanc opinionem esse falsam, & solum habere locum in reo capto, secus in se sponte presentante. vide de Indictis etul. ad inquirendum. Vltius licet reus consentiat se torquenti, Iudex tamen debet eum torquere sine indictis. vide infra in ea. quæ personæ torquenti possunt et quæ nō.
- 9 In casibus tamen in quibus torqueri rei nō possunt, terreri tamen possunt, vide Bat. in. t. ij. C. de custo. reo. Sed aliqui Iudices, quādo defunt indicia, procedunt per sortilegia, & similia licet per hæc nec ēt inquirei possit, vide in opere de iudicijs in titu. de Sortileg. Legitur tñ Claudium Cæsarem mori iussisse Appianum, quia Messalina somniasset ei intulisse vim. vide Suet. lib. v. capit. de pœnis per eum Innocentibus ob leues suspiciones illatis, Quod iudicium tanquam prophannum non est dignum foro principum.

S V M M A R I V M

- 1 Indicia debent esse probata in genere suo, aliter per ea non proceditur ad torturam.
- 2 Indicia in genere suo debent esse clara & perfecta, & plene probata.
- 3 Signa leuia in hæresi sufficiunt ad torturam, ea tamen debent plene probari.
- 4 Indicia debent esse plene probata per testes reddentes rationem dicti sui etiam nō interrogatos, quia testes etiam de circumstantijs sunt percunctandi.

- 5 Interrogatoria in criminalibus sunt à Iudice ex se testibus deponentibus facienda, nec debent omitti, cum sint de iure Diuino.
- 6 Iudex examinans testes ad offensam, eos debet interrogare de toto negotio, unde possit explorare reorum innocentiam, nam testes debent deponere pro utraq; parte.
- 7 Indicium remotum à maleficio per duos testes probari debet, proximum uero & immediatum per unum, quod si per duos probetur, non indicium, sed plenam faceret probationem.
- 8 Indicium proprie non est, quod facit unus testis de uisu, sed semiplena probatio.
- 9 Testes inducti ad probandum indicia an debeant esse omni exceptione maiores?
- 10 Indiciorum gradus ut cognoscantur, non est recedendum à locis Oratorum.
- 11 Testes plures singulares super diuersis indicijs deponentes an coniungantur ad faciendam probationem, ut oriatur indicium ad torturam?
- 12 Indicia imperfecta ubi tendunt ad diuersa tota, non coniunguntur ad probationem faciendam, secus si tendant ad unum totum.

De non torquendo per indicia, nisi plene probata, & quomodo probentur, & de errore iudicum. Cap. VI.

- 1 INDICIA † debent esse probata in genere suo, aliter per ea non proceditur ad torturam, nam si

DE TORMENTIS

- cuti in criminalibus probationes debent esse luce
2 clariore ad condēnandum, ita & indicia in ge-
nere suo debent esse clara, & perfecta, & plene
probata, per regulam, q̄ eadem est ratio de toto
quo ad totum, quæ est de parte quo ad partem,
& e contra. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Quare
3 licet in aliquibus leuia signa sufficiant, vt in hæ-
resi, oportet tamen illa plene probari. vide Inno.
4 in c. sicut de simp. Item debent esse probata per
testes reddentes rationem dicti sui, etiam non in-
terrogatos, licet multi contradicant. Item per te-
stes bene interrogatos a Iudice de circūstantijs,
per quas veritas haberi possit: quia Iudex debet
formare interrogatoria ex seipso. vide Bal. conf.
5 cclxxvi. Et ego t̄ consueui dicere, interrogatoria
esse de iure diuino, & non omittenda a Iudice,
vt in exemplo Danielis in testibus contra Susan
6 nam. Occurrit hic maximum vitium Iudicum,
qui in examinando ad offensam non interrogāt
testes totum negotium, vnde possent explorare
innocentiam reorū, cum testes debeant interro-
gari, & deponere pro vtraque parte, vt supra di-
7 ctum est. Sciendum est etiam t̄ q̄ duo requirun-
tur testes pro quolibet indicio remoto a malefi-
cio, siue mediato ipsi maleficio: secus in ijs, quæ
ex maleficio oriuntur, in quibus sufficit vnus te-
8 stis: quæ si probarentur per duos, non facerēt in-
dicium, sed plenā probationē. vnde t̄ secundū ali-
quos id, quod scribentes indicium appellant, vt
puta

puta' vnus testis de visu non est proprie indicium, sed semiplena probatio: quia directe probat malefium. Hæc opinio placet, licet qđ Iuriscōsulci
 9 dixere, sit idem re ipsa. Sed difficultas est, an testes ad probandum supradicta, debeant esse omni exceptione maiores? vide in opere de Indicijs
 10 vnus testis. Ad cognoscendum t̄ autem gradus indiciorum non est recedendum a' locis Oratorum, videlicet, quæ sunt attributa negotio, partim sunt cōtinentia cum ipso negotio, partim in
 ,, gestione negotij considerantur, partim adiuncta
 ,, negotio sunt, partim gestum negocium consequuntur. Dictū est supra indicia probari per duos testes. Sed sæpe quæritur an testes plures singulares super diuersis indicijs deponentes cōiungantur, ad faciendam probationē, vt oriatur indicium ad torturam? Vnde primo cōsiderandum est, si species probationum sunt in sua specie imperfectæ, vt puta' vnus testis deponit de veritate, vnus de fama, vnus de indicio, hæc probatio nō valet; quia non est in sua specie perfecta. Secūdo quotiēs fiat probatio indicij per vnum testem, si fiat probatio de alio indicio per vnum testē, vbi requiruntur duo, ex ijs, non oritur aliquod indicium perfectum: quia vnumquodq; per se est imperfectū, & diuersæ species imperfectæ non probant: quia ex pluribus nō augetur effectus, cum non veniant ad integrationem vnus speciei. Sed alij senserunt contra, vide Hippo. in. §. diligenter.

DE TORMENTIS

72. nu. cxlix. Sed conclusiue quando indicia imperfecta tendunt ad diuersa tota, nō coniunguntur, vt supra. Sed quotiēs tendunt ad vnum totum, tunc coniunguntur, vt puta vnus testis deponit Titium percussisse Seium, hic est vnus testis super indicio. Alius dicit vidisse eūdem Titium sanguine aspersum, & eūtem euaginato ense. Alius inquit vidisse exētem recto tramite, & gradientem memora versus. Per hæc enim & similia oritur indicium sufficiens ad torturā. vide Bru. glo. circa secundum. Sed secundum aliquos ex supra dicto exemplo Bruni oritur plena probatio ad condēnandum: quia vnus testis de visu est semiplena probatio, & reliqua cōiuncta faciunt aliā semiplenā. Quare exempla dari debēt indiciorū per se imperfectorū, vt coniuncta faciant vnum indicium perfectum ad torturam. Idem secundū
- » Oratores, tum ex singulis, tum ex coniunctis argumenta certa nascuntur. vide Cicer. ij. de inuen. titu. ij. de cau. coniec. in fine. Sed aliqui dixerunt tunc coniungi, quando testes singulares sunt personæ condignæ, & quotiēs dicta indicia si essent probata per duos testes, sufficerent ad torquendum, aliter nō coniungi, licet dicta indicia tendā ad vnum totum, quia sunt imperfecta numero, & qualitate testium.

S V M M A R I V M.

1. Tormenta haberi non debent, si alia leuiori, uel ueriori uia ueritas haberi potest, licet indicia præcedant.

- 2 Tortura grauior est poena, quā utriusq; manus abscissio.
- 3 Iudex, antequam torqueat reum, tenetur declarare, ueritatem aliter haberi non posse.
- 4 Appellari non potest ab interlocutoria in criminalibus, nisi quoties ad torturam proceditur, nam ad eam stante appellatione non procedetur.

De non torquendo licet sint indicia probata, si aliter ueritas haberi potest, & de errore Iudicum. Cap. VII.

- 1 **N**on est deueniendum t̄ ad tormenta, si alia leuiori, uel ueriori uia potest haberi ueritas, licet præcedant indicia: Iudicem enim omnia experiri oportet, antequā ad tormenta ipse perueniat: namque t̄ tortura grauior est poena, quam utriusque manus abscissio. Præterea secundum
- 2 t̄ multos antequā Iudex torqueat reum, tenetur declarare, ueritatem aliter haberi non posse. vide
- 3 Gaudi. de q̄o. in prin. Et notandū t̄ est in criminalibus ab interlocutoria appellari non posse, nisi quoties ad torturam proceditur: & stante appellatione non procedetur. Ante sententiam. ff. de appella. recip. Vnde valde errant Iudices, qui nō seruata supradicta forma procedunt ad torturā. Et omnis confessio erit nulla.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura utrum in causis civilibus adhiberi possit?
- 2 Mercatores falliti possunt torqueri, ut indicēt pecuniam

K ij

DE TORMENTIS

pecunias, scripta, & alia credita.

- 3 Tortura non adhibetur in causis criminalibus leuis præiudicij, licet legitima præcedant indicia; & an pro talibus uilis persona possit torqueri.
- 4 Viles personæ pro re parua torqueri non possunt.
- 5 Leuia delicta quæ dicantur?
- 6 Fur an possit occidi pro parua re.

De non torquendo in causis ciuilibus, nisi in casibus, neq; in criminalibus pro parua re, & de errore Iudicum.

Cap. VIII.

- 1 IN causis t̄ ciuilibus non torquetur, nisi quando causa continet in se turpitudinem, & crimē annexū habet, Vel q̄ agatur ciuilit̄ ex aliquo delicto, & q̄ aliter veritas haberi non possit.
- 2 Quare mercatores t̄ fugitiui, seu decoctores, & (vt ita dicam) falliti possunt torqueri, vt indicent pecunias, scripta, & alia credita. vide Bald. capit.
- 3 cum delictus de appel. In causis t̄ criminalibus leuis momenti non torquetur, licet legitima præcedant indicia. Limitant tamen aliqui, vilem personam pro leui re posse torqueri. testatur. s. oportet in auc. vt ludi. sine quoquo suffra. Sed hæc opinio non placet, cum pœna non debeat esse maior delicto. & licet t̄ ius præsumat contra viles personas, non propterea consequitur pro re parua

torqueri posse. Nec doctrina, quā testantur, hoc
 5 dicit. Quæ autem dicantur delicta leuia, notatur
 in. l. leuia. ff. de accusa. Conclussue delictum dici-
 tur leue, quando de re parui momenti agitur. &
 6 iura t quæ dicunt furem posse occidi, non habent
 locum in parua re. l. si ex plagis. ff. ad. l. Aquī.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex si habeat plenas probationes, uel manifesta indicia reum damnat, & non torquet.
- 2 Iudex si torqueat reum testibus conuictum, & ille negando perseueret, postea propter aliquas probationes non poterit damnari, licet aliqui Veterum contrarium obseruauerint.

De non torquendo reo quando sint plene probationes, & de errore Iudicum. Cap. IX.

Dictum est supra reum non torqueri causa indiciorum non legitime constantium. Super
 2 est scire t reum non torqueri, sed damnari, quando Iudex habet plenas probationes, uel manifesta indicia cōtra eū. Sed de ijs indicijs dictū est in ope de iudic. tit. ne reus p aliqua indicia cōuincaſ, ut poena capitali dānetur. Et supradicta intellige, quando probationes sunt luce clariores, & non
 3 sunt sublatae p defensiones rei. Sed si Iudex t tor-

DE TORMENTIS

ferit reum, qui perseverauerit negando, non poterit eum postea cōdemnare propter aliquas probationes, squāuis luce clariores. & ratio reddi potest, quia rei constantia in tortura dictas probationes debilitauit. vide Alberi. de Rosa. in. l. edito. ff. eod. At apud antiquos aliter obseruabatur: nam legitur Alexādrum Fannij seruum sepius tortum pernegasse, sed perinde atque confessum a Iudicibus fuisse damnatum. Idem legitur de Philippo seruo Fuluij Flacci octies torto, quem nullum emisisse verbum constat. vide Valerium lib. viij. de quæst. cap. iij. Sed antiquorum opinio non est obseruanda, & opinionem Alberici omnes obseruant in Italia. Quidam tamen Iudices extraordinarie punierunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Torqueri possunt tam mares, quàm fœminæ, & omnes, qui non sint iure excepti.
- 2 Minor. xxv. annis non potest torqueri, nisi ei sit datus curator.
- 3 Contra minorem doli capacem sine curatore de obseruantia communi proceditur.
- 4 Vtilis reip. non torquetur, nisi in criminibus atrocibus.
- 5 Surdus, & mutus, à natura nō possunt torqueri, nec etiā damnari, nisi ex dictis testium.
- 6 Mulier prægnans non torquetur, sed expectatur, ut par-

riat, & post partū supersedetur per quadraginta dies,
 & si dubitetur, an sit prægna, obstetrices & medici
 sunt cōsulendi, quos sufficit de credulitate deponere.

- 7 Medici quando in crimtinalibus examinati debeant depo-
 nere de ueritate, & quando de credulitate?
- 8 Valetudinarij torqueri non possunt, si morbus talis sit, ut
 torturā pati nequeant sine periculo uitæ, uel corporis.
- 9 Minor. xiiij. annis non torquetur, sed ferula cæditur, ut
 ueritas sciatur, non ut damnetur.
- 10 Minor ætas in quibus casibus non excuset, quin reus tor-
 queatur?
- 11 Senes seu decrepiti non torquentur. nec aliàs corpore im-
 becilles. & nu. 12.
- 12 Aetas senilis, & decrepita quæ dicatur?
- 13 Decuriones, & eorum liberi, milites, doctores, & ad-
 uocati propter dignitatem torqueri non possunt. hodie
 tamen hoc non obseruatur.
- 14 Rei sponte se tormentis supponentes, siue indicatijs torque-
 ri non debent. Idem si accusator & reus petant se tor-
 turæ subijci.
- 15 testis uacillans torquetur, aliàs secus. & quando dicatur
 uacillare?
- 16 testis uacillans, seu aliter de falso conuictus in causa ciui-
 li æque punitur, ac in causa criminali.
- 17 Viles personæ, & exercentes uiles artes an non admit-
 tantur in testes, nisi cum tortura?
- 18 Testes celeriter respondentes, antequam totus articulus
 eis legatur præsumuntur falsi. & an ex hoc possint
 torqueri?

K iij

DE TORMENTIS

- 19 Testis qui dicit unum in iudicio, & aliud extrà iudiciū, incidit in falsum, ut saltem torqueri possit.
- 20 Testis si unum dicat in iudicio, & aliud extrà iudicium cui dicto standum sit?
- 21 Mercatores fugitivi, & decoctores torquetur, ut indicent scripta, & pecunias sibi datas ad negociandum.
- 22 Accusator, & accusatus in crimine falsi possunt torqueri, modò sint indicia.

Quæ personæ torqueri possint, & quæ non. Cap. X.

- 1 Torqueri t̄ possunt tam mares, quam foeminae, & demum omnes, nisi sint a iure excepti. l. edicto. ff. de quaest. Infrascriptas autem personas per leges exceptas accepi, & hoc ordine intelligemus, quæ personæ torqueri possint. Minor t̄ natus viginti quinque annis, licet sint indicia legitima ad torturam contra eum, non poterit torqueri, nisi ei fuerit datus curator. Hoc amplius, non cogetur respondere inquisitioni sine curatore: & si responderit, processus erit nullus. Vtcrius confessio facta per eum sine curatore erit nulla, vide Hip. §. nunc videndum nu. xxxi. Gandi. sub rubri. de alijs quaestionibus variet ita dicunt observari. Hodie vero per Illustrissimos Venetos, multa que Italiae loca non observatur.
- 2 Et t̄ quando delinquens est doli capax, proceditur contra eum sine curatore. Prædicta observan

- 4 **tia defenditur bonis iuribus, vide Bal. cap. i. §. sacramenta de pace iura. fir. Vtilis reip. t non torquetur, vide Hippo. l. edito. ff. de quaestio. vbi multos ponit casus. Limita tamen, qd aliquid privilegium non habet locum in criminibus atrocibus, sicuti in crimine læsæ Maiestatis, siue veneficij. Surdus, t & mutus a natura, licet indicia sint contra eos, non possunt torqueri, nec etiam damnari, nisi ex dictis testium, vide Bru. in glo. Quar**
- 6 **to principaliter. Mulier t prægnans non torquetur, sed expectatur vt pariat, et post partum non potest torqueri infra dies xl. Et si ante torquetur, confessio non valet, vide Hippo. §. nunc videndum nu. xlvij. Et Iudex quories dubitatur an sit prægnans, debet consulere obstetrices, & medicos, quos sufficiat deponere de credulitate, licet secundum aliquos debeant deponere de veritate.**
- 7 **Sed dic, t qd in morbis, qui vere cognosci possunt, vt puta in febre, quæ ex pulsu, & vrina cognosci potest, tunc periti tenentur deponere de veritate, aliter de credulitate, vide Par. de puteo**
- 8 **trac. de syndi. c. officialis. Valetudinarij, t siue qui morbo aliquo laborant, torqueri non possunt, si talis est morbus, vt torturâ pati nequeant sine periculo vitæ, seu corporis, vide Bald. consi. cclxxv. in quo consulit per medicos videri torquendum, cum iura exigant tale moderamen, vt tortus sanus, seu saluus innocentia siue supplicio**
- 9 **conseruetur. Minor. t natu xliij. an, non torque-**

DE TORMENTIS

tur, ferula autem potest terri, vt veritas sciatur,
 10 non autem vt damnetur. Sed in quibusdam tca
 fibus minor ætas nō excusat, quin torqueatur, vt
 in crimine læsæ Maiestatis, & in proditoribus, &
 similibus l. fi. C. ad Sylla. & l. desertorem. ff. de re
 11 mili. Senes, † seu decrepiti non torquentur l. ij.
 12 s. ignoscitur. ff. ad Sylla. Quæ autem † dicatur
 senilis ætas, & decrepita scriptores se remittunt
 ad supradictam legem, ex qua tamen nihil elicitur
 de prædicta ætate. Imo aliqui interpretando
 eam tenent contrariū. Sed dic, q̄ sicut impuberes
 propter minorem ætatem torqueri non possunt,
 æque & senes propter imbecillitatem torqueri
 non debent. Simile supradictum est de muliere
 prægnante, & similibus. Et hæc conclusio satis
 probatur in l. i. C. qui ætate liberantur lib. x. Et
 conclusiue senes dicuntur qui sunt annorum lxx.
 qui excusantur a tutela l. ij. C. de excusa. tuto. Spe
 cul. in tit. de test. s. nunc tractandum. Sed iudicio
 meo in hac materia tormentorum spectanda est
 qualitas personæ torquendæ: multi enim ante
 supradictum tempus propter corporis imbecilli
 tatem, senescunt: quare concurrente supradicta,
 aut simili causa etiam infra dictum tempus non
 torquebitur reus, nam multi propter imbecillita
 tem, & infirmitatem in tormentis perierunt.
 13 Decuriones, † & eorum liberi, milites, doctores,
 et aduocati propter dignitatem torqueri non pos
 sunt, vide Hipp. s. expedita. Hodie vero per illu

strissimos Venetos, & per totam Italiam prædi-
 cta priuilegia non obseruantur, & consuevit ali-
 ter iudicari. De tali consuetudine vide OdoFRE.
 14 tracta. de quæstio. Ret licet t̄ sponte se suppon-
 nant tormentis, non debent tamen sine indicij
 torqueri: Et quia sæpe accusatores, quando ne-
 queunt probare, instant se, et accusatos torqueri,
 non debent tamen torqueri, licet ambæ partes
 consentiant: & rationes non desunt, primo quia
 nemo est dominus membrorum suorum, & per
 consequens non potest quis committere se percu-
 tiendum, siue torquendum. Secūdo quia ea, quæ
 sunt meri imperij, non possunt factu priuatorum
 dirimi, & concedi l. priuatorum. C. de iurisdic.
 15 omnium Iudi. Testis t̄ non torquetur, nisi va-
 cillet: & dicitur vacillare, quando modo ait, mo-
 do negat, seu quando conuincitur per alios testes
 contrarium deponentes l. is, cui. ff. de quæstio.
 Nihilquæ refert an causa sit ciuili, vel criminalis:
 16 quia testis t̄ vacillans siue aliter de falso conui-
 ctus in causa ciuili æquæ punitur, ac in causa cri-
 17 minali. Viles t̄ personæ & exercentes viles ar-
 tes non admittuntur in testes, nisi cum tortura, vi
 de Azo. in auct. de testi. §. si vero ignoti. Sed hæc
 opinio non est vera l. diuus. ff. de quæst. Possunt
 tamen torqueri, quando vacillant, seu quando in
 mendacio conuincuntur, seu quando tentant cor-
 rumpere veritatem, vel quando sponte eunt ad
 testandum. Sed hoc postremum obseruarem in

DE TORMENTIS.

qualibet persona per regulā diuinam, testis spontaneus concinnat linguam suam mendacio. Præterea testes † qui repentine & celeriter respondēt antequam totus articulus eis legatur præsumuntur falsi, & alij testes eis præferuntur, casus est singularis. ij. q. v. Sed an possint torqueri ambigitur, & sentio ex hoc solo non possit torqueri. Et secundum sententiam diuinam. qui prius responder, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. c. xvij. Prouerb. Item testis, qui dicit † vnum in iudicio, & aliud extra, incidit in falsum, & saltem potest torqueri per doctrinam Bart. in l. eos. ff. de fal. Sed dic contra, nam standum est secundo † dicto in iudicio factum cum iuramento, non autem primo sine iuramento. Bald. in l. fin. C. de testi. Secus, quando cum primo concurrat aliqua præsumptio: quia tunc statur primo dicto. Roma. in consi. ccccv. Sed, & hæc opinio non placet, absurdum enim est, primum dictum sine iuramento præualere secundo dicto cum iuramento, Et sentio hoc casu neutrum dictum valere, primum dictum non valet, quia non iuratum. Secundum dictum non valet propter præsumptionem contrariam, & propter variationem testis. Mercatores † fugitiui, & decoctores, id est falliti torquentur, vt indicēt pecunias sibi datas ad negociandum. Item vt indicent scripta, & alia similia, vide Alexandrū consi. lxxvij. Paridē de puteo in vtrf. in causa. nu. ij. fol. ccxcij.

22 Accusator † & accusatus in crimine falsi possunt torqueri, modo sint indicia ad torquendum, vnde Bal. l. penultima. C. de falsis. vbi dicit hoc esse notandum.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici multa habent priuilegia in materia torture.
- 2 Clerici infames, uel deprehensi in delicto torquentur, aliàs secus.
- 3 Mutilati membris, uel aliqua parte corporis uitiati in criminali causa an contra clericos admittantur?
- 4 Testis non idoneus dicitur, qui laborat morbo animi, non corporis.
- 5 Tortura in clericos an non debeat esse ita seuera, sicut contra laicos?
- 6 Testis clericus uacillans nõ torquetur propter dignitatem.
- 7 Clerici in omni delicto sunt favorabiliores laicis, & indicia, per quæ conuincuntur laici, contra clericos nihil operantur.
- 8 Per quæ male præsumitur de laicis, bene præsumitur de clericis.
- 9 Laycus deprehensus domi pulchræ mulieris, est manifestus adulter, maxime si probetur aliquod signum uenerum, secus in sacerdote.
- 10 Sacerdos amplexans mulierem, præsumitur facere causam benedicendi.
- 11 Religiosis magis creditur, quàm laicis in omni probatione faciendâ, & in quocunque alio negotio.
- 12 Testes inhabiles inhabilitate iuris positiui ut periuri, &

- 3 criminosi possunt à Papa ad testificandum habilitari.
 13 Papa, vel Imperator non potest concedere priuilegia, vel
 condere legem contra dispositionem iuris naturalis.

De non torquendis clericis, & de priuilegijs eorum. Cap. XI.

- 1 **C**lerici infinita habent priuilegia in hac ma-
 2 teria torturæ, & hæc pauca ex pluribus col-
 3 legi. Primo ¶ non possunt torqueri, etiam exi-
 stentibus quibuscunq; urgentibus indicijs contra
 ipsos, nisi ipsi sint alijs infames secundum Alex.
 fin. ff. de quæsti. Sed deprehensi in delicto pos-
 sunt torqueri, vide Panor. c. cum non ab homi-
 4 ne. de Iudi. Secundo ¶ in causis criminalibus
 mutilati membris vel aliqua parte corporis vi-
 tiati non sunt idonei testes, nec possunt testificari
 contra ipsos, vide Hippo. s. nunc videndum nu-
 5 li. Sed animaduertendum est hoc nullibi legi. Et
 quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. Et te-
 6 stis ¶ non idoneus dicitur, qui laborat morbo ani-
 mi, non autem corporis. Tertio ¶ clerici non sunt
 torquendi, & si torquentur, tortura non debet
 esse ita seuera contra eos, sicut in laicos, vt per Al-
 ber. in cap. in contemplatione extra de reg. iur.
 Sed supradicta opinio nulla bona lege proba-
 tur, & non est auribus hominum digna. Quarto
 ¶ clericus testis inductus si vacillat in dicto suo
 non torquebitur propter dignitatem, licet laicus

torqueatur l. præbiteri. C. de Episcopis te Cleri.

7 Quinto ¶ in omni delicto clerici sunt favorabiliores, quam laici, & sæpe iudicia per quæ conuincuntur laici, nihil operantur contra clericos. Hoc

8 amplius, per quæ ¶ male præsumitur de laicis, bene præsumitur de clericis, & exempla nõ desunt:

9 nam si laicus ¶ deprehenditur domi pulchræ mulieris, est manifestus aduker, licet secundum recentiores debeat probari aliquod signũ venereum.

10 Hoc tamen fallit in ¶ sacerdote, siue præbitero, qui si amplectetur mulierem, præsumitur facere causa benedictendi. Sed ab hac benedictione liberet nos Deus, vide glo. circa quartam apud Bru.

11 In omni ¶ probatione facienda, & quocunque alio negotio magis creditur religiosis, quam laicis tex. est, & ibi Abba. in cap. in nostra. de procura.

Bald. in dicto c. in fine. Et secundum communem opinionem doctorum Papa non solum potest concedere supradicta priuilegia, sed etiam potest ¶

12 test ¶ habilitare inhabiles, vt puta per iuros & criminosos ad testificandum, ita per omnes not. in c. testimonium. de test. Qua de re præscriperunt sibi priuilegia ampliora, quam laici in cælo, &

in terra. Aduerte tamẽ & sic limita supradictam conclusionem non habere locum, quando inhabilitas prouenit ex dispositione iuris naturalis:

13 quoniã nec ¶ Papa, nec Imperator possunt concedere leges contra dispositionem iuris naturalis. c. per tuas. de simo. facit & singulare dictum Inno.

DE TORMENTIS

In c. sciscitatus de rescrip. quod dictū refert Ang.
in l. cum prætor. ff. de iudic. dictum est in trac. de
indi. titu. ne reus per aliqua indicia conuincatur,
vt pœna capitali damnetur, vbi indistincte tenui
contrarium, videlicet, q̄ inhabiles non possint
habilitari per Papam, siue Imperatorem ad testi-
ficandum.

S V M M A R I V M .

- 1 Reus non debet à iudice torqueri, nisi ad instantiam accu-
satoris, sed de consuetudine contrarium obseruatur.
- 2 Iudex abstinere debet à nouis tormentis.
- 3 Iudex quando reum torquere vult, debet tria cōsiderare,
qualitatē criminis, tormentorum, & personæ rei.
- 4 Iudex debet ostendere torquendum medicis, ut moderate
eum torqueat.
- 5 Tormenta sunt moderatè adhibenda.
- 6 Iudex immoderatè torquens, an excusetur, si tortus ad in-
stantiam ipsius Iudicis confessus fuerit, se fuisse legit-
imè tortum.
- 7 Tortura debet constare in processu, aliter ex brachijs rei
cognoscetur.
- 8 Carcer est species torture.

Quomodo, & quo moderamine proces-
satur ad tormenta, & de errore
Iudicum. Cap. XII.

- 1 **A**Ntequam reus † torqueatur, debet Iudex
per accusatorem requiri, ad cuius instantiam
habenda

habenda est quæstio, aliter non potest reum torquere, vide Bal. c. i. §. Iudices. de pace fir. Et omnes scribentes in hac materia consentiunt. Attamen hoc tempore per totam Italiam Iudex non expectata requisitione accusatoris reum torquet, & ratio reddi potest, quia Iudex ex officio potest prosequi, & facere ea, quæ accusator facere posset. Bart. l. i. ff. de pub. ludi. Imprimis abstineat

2 † Iudex a nouis tormentis: nam plerique angunt reos siti, fame: quidam immittunt aquam per nares: quidam ponunt taxillum in pede. De his, & alijs vide Bru. de quæst. in principio. Item Iudex

3 † debet tria considerare, primo qualitatē causæ, seu criminis. secundo qualitatē tormentorum, nam si sufficiunt tormenta leuia, non sunt inferenda graua. Tertio qualitatē personæ: aliter enim torquentur robusti, aliter imbecilles.

4 Et secundum † aliquos debet ostendere torquendum medicis: quia debet vti tali moderamine, vt reus tortus, sanus, seu saluus innocentiaē seu supplicio conseruetur, vide Bald. consi. cclxxi. De

5 mum † consideret Iudex q̄ hominem torquet, pro quo (vt Apostolico vtar verbo) non metuit mori Christus. Et adhibeantur tormenta moderate, vt rationis temperamenta desiderant: nam Iudex immoderate torquēs grauiter punitur. Oc

6 currit † hic cautela Bru. dicentis, si Iudex indebitē torserit aliquem, faciat reum confiteri, q̄ fuit legitime tortus, de qua confessione faciat nota-

L

DE TORMENTIS.

rium rogatum, vide eam glo. in fine. Contra tar
 7 men teneo. Primo in t̄ processu constare debet
 de tortura, & si non constabit, ex brachijs rei co
 gnoscetur: Deinde confessio rei in potestate Iudi
 cis, vbi agitur de interesse eiusdem, non præiudi
 cat: quia carcere detenti vt liberarētur locis atris,
 omnia bona verba faterentur; & confessio eius
 modi æquipollet confessioni metu tormētorum:
 3 cum t̄ carcer sit species torturæ. Quare Iudex
 non excusabitur cautela prædicta si immoderate
 torferit reum. Quia vltra prædicta præsumptio
 est contra ipsum iudicem; q̄ sicut reum illicite, &
 immoderate torferit, ita, & illicite fecerit eundem
 confiteri tex. est bonus in l. penul. ff. de quæsti
 secundum vnam lecturam quam tenet Bart. ibi.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura inferri potest omni tempore, dummodo delictum sit atrox.
- 2 Tormentorum ordo quis sit?
- 3 Tortura an sit incipienda à debiliore, an vero ab eo qui ve
 risimiliter scit veritatem?
- 4 Pater et filius si sint correi, a filio incipienda est questio.
- 5 Nomen turpe habens primò est torquendus.

*Quo tempore, et a quibus incipiat tor
 tura, et de errore Iudicum. C. xij.*

- 1 O Mni t̄ tempore rei torqueri possunt, etiam
 diebus feriatis, & in honorem Dei, dummo

do delictum sit atrox, vide Bald. l. i. C. de episc. & clericis. Tormentorum autem Tordo est eiusmodi secundum multos, videlicet: si plures sunt rei incipiendum est a debilitati, vide Ange. de quaestio. Sed contra incipiendum est ab eo, qui magis scit veritatem, & qui verissimiliter dicet eam, deuenitur enim ad torturam, pro habenda veritate: utique qui magis scit, debet primo torqueri, licet iudices consueuerint incipere a debilitati. Vnde euenit quod habetur confessio incertum ob non plenam scientiam facti, tum ob debilitatem torti: verum si rei pares erunt in delicto, tunc incipiendum est a debilitati: Et ita intelliguntur iura loquentia de hac materia l. quotiens. C. de Nautra. lib. x. l. i. Idem diuus. ff. de quaestio. & l.

- 4 vnus facinoris. ff. eodem. Item si quotiens pater, & filius sunt correi, a filio, incipiendum est, & torqueatur in conspectu patris l. isti, quidē. ff. quod merus causa. Vnde transit in proverbium apud Oratores, torque filium, fatebitur pater. Et dicuntur aliqui, quod quando sunt plures torquendi, & vnus eorum habet turpe nomen, initium potest ab eo fieri, vide Hippo. in l. i. ff. de quaestio. Et licet varie loquantur scribentes in similibus, dic esse incipiendum ut supra conclusum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Tortura an et quando possit repeti.
- 2 Tormentorum modus erit iuxta qualitatem iudiciorum.

DE TORMENTIS

- 3 Reus pro quolibet sufficiēti inditio an possit ter quassari?
- 4 Tortura repetitio non debet excedere tres uices, ne in finitum procedatur.
- 5 Tortura reduci debet ad tres dies separatos, & pro quolibet uice reus debet habere tres eleuationes, & depositiones.
- 6 Tortus ultra tres uices, dicitur tortus immoderate, & uidebitur fateri ut & cruciatu tormentorum.
- 7 Repetere reum in tortura si Iudex intendat, debet in actis interloqui, quòd super sedet à tortura incepta, sed non perfecte data.
- 8 Indicia noua quæ dicantur?
- 9 Tortus relaxatur, si accusator, dato sibi termino ad probandum, et deducendū quicquid intendit, nil probauerit.
- 10 Reus ter solum debet in tortura repeti, sed antiquitus, ex causa octies repetebatur.
- 11 Confessio facta in tormentis sine legitimis indicijs, sicut non ualet, ita confessio facta ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non ualet.

Per quot dies, & quanta tortura afflictiatur reus, et de errore Iudicum.

Cap. XIII.

- 1 SI reus primo fuerit satis tortus, nunquam potest repeti, nisi superueniant indicia de nouo, vide Aret. In verbo fama publi. colum. xij. Sed alij dicunt quæstionem toties repeti, quoties Iudici uidebitur, vide Bart. l. vnus s. i. de quæ-

stio. Sed dic t̄ q̄ iuxta qualitatē indiciorum
 erit tormentorum modus nam sicut indicia suos
 gradus habent, prout in opere de indicijs dixi, ita
 et tortura plures gradus habet, vt supra dictū est.
 Vnde t̄ dixerunt aliqui, pro quolibet sufficienti
 indicio posse reum ter quassari, & sic obseruari
 per totam Italiam, vide Hippoly. s. nunc viden-
 dum nū. ij. Sed recentiores dicunt, q̄ quando in-
 dicia sunt vrgentia Iudex semel torquebit reum:
 Sed si essent multum vrgentia, tunc fieret repeti-
 tio. Sed hæc t̄ repetitio non debet excedere tres
 vices, ne in infinitum procedatur, & sic quæstio
 reducetur ad ternarium numerum, videlicet, ad
 tres dies separatos, & pro vice qualibet debet ha-
 bere reus tres (vt ita dicam) factas, seu eleuatio-
 nes, et depositiones: Et rei t̄ torti vltra ternarium
 numerum dicuntur torti immoderate, & vide-
 buntur fateri vi & cruciatu tormentorum, vt l.
 repetitio. ff. de quæstio. Et quoties Iudex t̄ inen-
 dit repetere reum in tortura, debet interloqui in
 actis, q̄ supersedet a tortura incepta, sed nō per-
 fecte data, vide Bru. q. v. in fine, vbi tractat quan-
 do superuenientibus nouis indicijs torqueatur
 reus. Indicia t̄ autem noua differunt specie, vel
 substantia, sicuti dicitur in materia probationum,
 q̄ super nouis licet probare, etiam post didicita, te
 stificata. Et noua indicia sunt, siue procedatur ex
 dicto torti, siue aliter: notatur in l. per hanc. C. de
 tempora. appella. Item quoties t̄ Iudex torserit.

DE TORMENTIS

reum, si non superuenerint indicia aliqua noua, dabit terminum accusatori, in quo probare, & deducere debeat: aliter elapso ipso termino, & ac-
 cusatore aliud non probante, ipsum reum relaxa-
 bit. De hoc titulo vide Ange. in ver. fama pub. co-
 lum. vltima. Dicitur t̄ est reum ter solum in
 tortura repeti debere. Antiqui vero octies tor-
 quebant. Legitur seruum Fannij septies, & Phi-
 lippum Fuluij Flacci octies fuisse tortum: lege
 Valerium lib. viij. de quaest. Sed dic vt supra. Et
 hoc t̄ amplius, sicut confessio facta in tormentis
 sine legitimis indicijs non valet, ita confessio fa-
 cta ob tormenta repetita, quae repeti non debue-
 runt, non valet, notatur l. penul. ff. de quaest.

S V M M A R I V M.

- 1 Index quo pacto debeat interrogare reum in tormentis, ne uideatur suggerere, sius procedatur super inquisitione, siue super accusationes
- 2 Reus in tortura est de se interrogandus, non de alijs.
- 3 Reus in tortura si de facto proprio interrogetur, aliquae circumstantiae an sint exprimendae

*De interrogationibus faciendis in tor-
 mentis, & de errore Iudicum.*

Cap. XV.

- 1 Considerare t̄ debet Iudex, quo pacto Inter-
 roget reum in tormentis, cum agatur de vita

hominis, & ne videatur suggere. Imprimis a reo peti debet secundum multos, quis maleficium fecerit, non autem, si maleficium fecerit, vide Gaud. de tormētis. Sed in hac materia varie scriptum est: Vnde distinguendum esse existimo: Aut Iudex processit ad torturam super generali inquisitione, videlicet, super inquisitione generali quo ad personā, quando proprie nescit delinquens, & tunc Iudex debet interrogare reum, quis maleficium fecit, non nominando aliquam personam; quia foret suggestio, & ita intelligitur lex prima. ff. de quaestio. Aut Iudex procedit per speciem inquisitionem, vel accusationem contra certam personam, & tunc si torquetur quis vitis, interrogetur, si inquisitus, aut alius maleficium commiserit, quomodo, & quando, & in qua parte corporis, quo loco, & quo die. Sed Iudex interrogando eum, non exprimat aliquam circumstantiam, aut qualitatem, nec dicat quicquid de commisso maleficio, nec in qua parte corporis, percussit, nec quicquam de facto, seu dicto, pro quo dicto, seu facto torquetur reus, alioquin non dicitur Iudex interrogare, sed suggerere.

2. Sin autem torquebitur † vt principalis, debet interrogari de se, & non de alijs, & similiter debet interrogari in genere, postea ad speciem descendendo, videlicet, ad nomen tantum offensi, non ulterius quicquam interrogando, nec ad alias facti circumstantias procedendo: nam si Iudex in-

DE TORMENTIS.

interrogaret, si percussit talem in tali loco, & tali via, & tali parte corporis, foret suggestio. Multi quoque dixerunt propter periculum suggerendi Iudices rectius procedere, si interrogabunt, si aliquid maleficium commisit, non aliquem nominando, vel ulterius interrogando; vide Aret. in verb. fama publica. Cyn. l. fin. C. de accusa. Idem l. Mosi cap. iij. Genesios, ibi, ubi est Abel frater tuus, & cap. vij. Iosue, ibi, atque indicia quod feceris. Sed de consuetudine, quando rei interrogantur de facto suo proprio, possunt interrogari de homine mortuo, dummodo non exprimantur aliqua circumstantia, videlicet, non exprimendo aliquod dictum, seu factum, pro quo dicto, seu facto torquetur reus, vt supra dictum est.

S V M M A R I V M.

1. Tortus & confessus de se, an & in quibus casibus possit interrogari de socijs sine indicijs?
2. Latrones, falsatores, monetæ, & mandatarij, possunt in tortura interrogari de consocijs, idq; procedit etiam in sex alijs casibus.
3. Latrones de se confessi interrogantur de socijs mandatoribus, & receptoribus.
4. Servus torquetur ut indicet consocios, maxime quando sumus in atrocioribus, vel in nece domini, nam interrogatur, quo mandante, id fecerit, & qui sint participes.
5. Tortus confessus de se potest interrogari de socijs in om-

nibus delictis, quæ uerissimiliter non committuntur sine socijs.

- 6 Torti & confessi de se, de consuetudine totius Italiae in omni casu de socijs interrogantur.
- 7 Iudex nõ expectata requisitione accusatoris hodiè reum torquet.
- 8 Confessus crimen, de quo erant indicia, an possit interrogari de delictis etiam eiusdem generis, de quibus non extant indicia contra eum?

De interrogationibus faciendis in tormentis reo confesso, & de errore Iudicum. Cap. XVI.

- 1 QVæritur tan torcus, & confessus de se possit interrogari de socijs sine indicijs: Dic nõ
- 2 interrogari, nisi latrones, & monetæ falsatores, & mandatarii, qui etiam torquentur, ut manifestent socios, seu mandantes, & sic in reliquis casibus, qui sunt sex secundũ Gandi. in titu, de quaestio, uidelicet, primo latrones & de se confessi interrogantur de socijs mandatoribus, & receptoribus. Secũdo falsatores monetæ. Tertio & seruus torquetur ut indicet confocios, Quarto propter atrocitatem, malefici interrogantur ut supra. Quinto seruus de nece domini de se confessus interrogatur quo mandante. Sexto seruus qui magnas fraudes cõmisit in rationibus domini potest interrogari, qui sint participes. Sed & præ-

DE TORMENTIS

dictis addo regulam generalem, q̄ tortus cōfessus de se potest interrogari de socijs in omnibus delictis, quæ verisimiliter non cōmittuntur sine socijs. Sed de cōsuetudine totius Italiæ rei interrogatur de socijs in omni casu. vide Belui. in rit. de quæst. col. ij. Sed Neoterici limitant habere locum prædicta in inquisitione, secus in accusatione: quia Iudex non debet onerare accusatorem, ad cuius instantiam torquet accusatum. Sed hæc opinio nō placet: quia hodie Iudex non expectata requisitione accusatoris reum torquet. vide Bart. l. i. ff. de publ. Iudi. Postremo queritur an confessus crimen, de quo erant indicia, possit interrogari de delictis etiam eiusdem generis, de quibus non extant indicia contra eum? Et secundum omnes interrogari nequit. At ijs temporibus per totam Italiam aliter observatur, præsertim in furtis, vide Ange. in titu. de tortura. Prædictam tamen cōsuetudinem multi limitant, videlicet, si non præcessit infamia generalis, ut puta, q̄ sit magnus latro, tunc non posset interrogari. vide Bru. q. v. in fine. Et hæc opinio est observanda:

S V M M A R I V M.

- 1 Nominatus per tortum ex hoc solo non torquetur, sed solum inquiretur, fallit in casibus, in quibus reus interrogari potest.
- 2 Indicium quædam oriatur ex dicto torti sine alijs indicijs?

- 3 Homo male famæ an alijs nõ concurrentibus possit torqueri, ex solo dicto tortis
- 4 Nominati per tortum quando sine alijs indicijs possint torqueri, & quando non?
- 5 Tortus an iurare debeat facta nominatione in tortura?
- 6 Nominatio debet esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura aliter ea non ualet.

De nominato per tortum torquendo, uel non, & de errore Iudicum.

Cap. XVII.

- 1 Nominatus t̄per tortum ex hoc solo non torquebitur, sed solum inquiretur: & ratio red di potest, quia rei imputatio cogitant habere sub sidium. Fallit tamen in casibus, in quibus potest reus interrogari: quia in dictis casibus crimen ob lectum satis est ad torquendū criminatum: vide Ange. in verb. fama publica, Hippo. s. diligenter nu. lix. Sed nõnulli asserunt, etiam in prædictis casibus nõ procedi ad torturam, nisi præcedant aliqua indicia, saltẽ præsumptiua contra crimi natum, ut puta conuersatio cum torto, & simi les qualitates. Item q̄ ex qualitate torti siue ex persona criminati uerissimile sit non mentiri, & similia. In casibus tamen in quibus uersatur pro bationis difficultas, oritur indicium ex dicto tor ti sine alijs indicijs, dũmodo is, cui crimen obijci tur, sit malæ uitæ, intelligendo etiam q̄ ex dicto
- 2

DE TORMENTIS :

- torti oritur indicium cōtra criminatum, quando est malæ famæ etiam vltra casus exceptos. Sed
- 3 **T** de hoc dubitatur: quia licet quis sit malæ famæ, alijs tamen non concurrentibus non torquetur: & ratio est, criminis obiectiōem per tortum de eo factam indicium inducere nullum, cum interrogari non debuerit. Ergo quod inde sequitur, lege prohibente nō valet. Sed de cōsuetudine aliter obseruatur. vide Gandi. titu. de quæstio. Ex supradictis autem scribentes videntur potius cōfundere, quā concludere: quia non videtur differentia inter casus exceptos, & nō exceptos.
 - 4 **r** edictū q̄ in casibus exceptis, in quibus interrogatur rei de socijs etiam sine indicijs, & de quibus casibus dictum est in antecedenti cap. In dictis casibus nominati per tortum possunt torqueri seculum scribentes, etiam q̄ nulla exrēt indicia. Sed si dicit q̄ torquetur, dūmodo sint qualia qualia indicia. In alijs vero casibus nō torquentur nominati, nisi fuerint indicia idonea & sufficientia.
 - 5 **Q**uæritur etiam tan reus debeat iurare facta nominatione in tortura? & multi consentiunt. vide Hippo. s. diligenter nu. lxiij. Sed hæc opinio non placet. vide Blan. nu. cclxxxiiij. & notat q̄ nominatio debet esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura, aliter non valet. vide, vt supra.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**onfessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet. si alia non concurrant.

- 1 Confessionum alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis
- 2 Confessio quando dicatur spontanea, & quomodo debeat ratificari?
- 3 Notarius non debet scribere reum sponte fuisse confessum, quando adest aliquis terror.
- 4 Cōfessus sponte an possit statim sine ulla defensione damnari?
- 5 Confessus sponte potest damnari ex quolibet etiam inordinato processu, & sine indicijs precedentibus.
- 6 Confessus sponte in aliquibus casibus non damnatur.
- 7 Reus non torquetur si de corpore non constet, nec procedi potest per inquisitionem, aut accusationem, nec sponte confessus hoc casu damnatur.
- 8 Casus, in quibus reus torquetur, licet de corpore non constet.
- 9 Confessio facta eorum iudice incompetenti, licet non plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram suo iudice.
- 10 Confessio extra iudicialis, licet non sufficiat ad condemnandum, sed solum ad torquendum, tamen cōfitemens potest extraordinarie puniri, tanquam de delicto se glorians.
- 11 Confessus per stoliditatem nō dicitur convictus, nisi per seueraverit: idem in confessione nuda, & sine causa, uel ab irato facta.
- 12 Confitemens se occidisse ad sui defensionem, si id non probet, an ad mortem damnari possit?
- 13 Offendentis qualitas demonstrat animum fuisse, uel non fuisse offendendi.

DE TORMENTIS

- 1 5 Mores boni faciunt *presumi* pro reo, mali uero mores contra reum.
- 1 6 Responsio rei dicentis, si feci, feci ad meam defensionem in criminalibus non est admittenda.
- 1 7 Responsio rei dubia parit iudicia contra eum, quia uidetur uelle iudicem fallere.
- 1 8 Confessio spontanea an ratificatur?

De confessione spontanea, & de errore Iudicum. Cap. XVIII.

- 1 **C**onfessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si alia Iudicis religionē probatio instruat nulla. l. i. ff. de quaestio. 4 Sed sciendum est confessionem varie concipit est.
- 2 Tenim alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis, de quibus singulariter dicetur.
- 3 Spontanea confessio dicitur, quando reus sine tormentis, & minis, alioque actu facitur contenta in inquisitione, & tunc notarius scribet eum sponte confessum, & aliter non: nam quando est halsquis terror, nō debet scribere, reum fuisse sponte confessum. Postea post triduum ducatur reus ad bāchum iuris, ubi legetur confessio rei, & interrogabitur, si dictam suam confessionem ratificare velit, monendo eum de sui vita agi. Contra tamen ferē omnes sentiunt cōfessionem eam non ratam haberi, imo reum sine alia perseverantia damnari, secus in confessione facta in tormentis, siue metu tormentorū. vide in l. die. C. de custo.

5 reo. Vtcrius secundū alios sponte confessus po
 test sine vlla defensione statim damnari. Tamen
 tutius est reum monere, vt seipsum defendat, &
 sic dari terminum. Et ratio est: quia reus potest re
 uocare confessionem, vel eam declarare. vide in
 6 c. cum dilectus de accusa. Et confessionis sponta
 neæ vis erit eiusmodi, vt reus possit damnari ex
 quolibet quāuis inordinato processu. Item licet
 nulla præcedant indicia, tamen ob sponte con
 fessionem factam poterit reus damnari: secus au
 tem si per torturam, siue etiam aliquem torturæ
 metum reus confessus fuerit: tunc enim quando
 defunt indicia, nullo modo dānabitur, licet per
 7 seauerit. In cōfessione sponte facta in aliqui
 bus casibus Iudex nō damnat. Primò quādo nō
 constat de corpore, de quo in primis cōstare de
 8 bet iudici, aliter t̄ reus non torquetur, imò non
 proceditur nec per inquisitionem, nec per accu
 sationem: quia talis solennitas requiritur ab ini
 tio: quæ omilla omnia, quæ sequuntur sunt ipso
 iure nulla ob omissionem substantialis modi: nā
 quotiēs solennitas datur pro forma, eius omis
 sio etiam si esset leuis, tamen vitiat actum. vide
 in c. quoniam frequenter. vt lite non contestata.
 9 Sunt t̄ tamen casus, in quibus torquetur, licet nō
 constet de corpore. vide supra cap. i. Secundo in
 confessione impossibili, siue non verisimili. Ter
 tio in confessione incidenter, & nō principaliter
 facta. Quarto in confessione tempore inhabili,

DE TORMENTIS

videlicet, quando lapsum est tempus, post quod non inquiritur, siue accusatur, quod est post annos. xx. nisi in partu supposito, vel quando falsis medicaminibus partū impediuit. vide Sing. ij. de accusa. Quinto' quando contra cōfessionē aliter iudicatum fuit. Sexto' in confessione facta coram Iudice carente iurisdictione. & differt à

10. Iudice incompetenti: namq; † cōfessio coram eo Iudice, licet non plenè probet, facit tamen indicium ad torturam coram suo Iudice. vide Bald. l. magistratibus. ff. de iurisd. omnium Iudicum. Et ratio est, quia confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam. ergo confessio coram Iudice incompetenti, tanquā confessio extraiudicialis debet facere indicium coram suo Iudice, licet Bart. tenuerit cōtrarium. l. diuus. ff. de custo. reo-

11. rum. Notandum est, † q; licet confessio extraiudicialis nō sufficiat ad condemnandū, sed solum ad torquendum. Attamen cōfitens potest puniri extraordinarie, tanquā de delicto se glorians. Hippo. in. s. postquā. Septimò in confessione facta virtute gratiæ sibi promissæ per Iudicem. Octauo' in confessione coram notario non habente commissionem à Iudice, vel coram Iudice solo non in figura iudicii, & hoc casu non plenè probat, facit tamen indicium ad torturam. vide Iaso. in supradicta. l. magistratibus. Nono' siquis

12. † vltro, sponteq; confitetur per quandam stoliditatem, non conuincitur per talem confessionē, nisi

nisi perseverauerit : & ratio esse potest, confitenti-
 tem non videri esse in plenitudine intellectus, cum
 ita sponte, & sine ullo metu ipse confiteatur.
 Idem in confessione nuda, & sine causa. Idem
 in confessione facta ab irato, quæ calore iracun-
 diæ non valet. Secundo votum. Tertio iuramen-
 tum præstitum ab irato non obligat, & ita intel-
 ligitur l. quicquid calore. ff. de regul. iur. Hipp. in
 §. postquam nu. vi. Occurrit hic quaestio, quam
 13 ibi ponit Hippo. videlicet: si quis confiteatur oc-
 cidisse, sed ad sui defensionem, non probato eo,
 quod ad sui defensionem spectauerit, si non erunt
 aliæ probationes contra eum, propter talem con-
 fessionem non damnabitur ad mortem. Contra-
 rium tenuit Barr. l. Aurelius. ff. de libera. legat.
 vide Iason. l. ut vim. ff. de iust. & iu. Sed ipse in
 prædictis distinguo, videlicet, si talis confitena
 non consueuerit delinquere, neque habuerit causam
 se. viciscendi, tali casu tenerem cum Hippo. quia
 ex prædictis lex bene præsumit pro reo: sed præ-
 dictis non concurrentibus tenerem cum Bart. Et
 præcipue considerandum est, si occisus erat of-
 fensus: nam eo casu videtur contra eum præsum-
 ptio culpæ, et sic existimabitur voluisse vicisci se,
 licet fuerit occisus, concurrente maxime qualita-
 14 te personæ. Nam qualitas offendenti demon-
 strat animum fuisse, aut non fuisse offendendi. l.
 15 si mater. C. ne de stat. def. Quare reit curent pba-
 re de moribus: nam sicut ob malos mores oritur

DE TORMENTIS.

- sinistra suspicio, ita ob bonos bene præsumitur
 l. desertorem. §. is, cui. ff. de re mil. l. si militari. ff.
 16 de ijs, quibus ut indi. Obuia t fit hic cautela Iaso.
 in dicta. l. vt vim. videlicet, vt reus respondeat, si
 feci, feci ad meam defensionem. Sed ego teneo,
 q̄ talis respōsio non debeat admitti per Iudices:
 quia reus debet certè respōdere negando, aut cō
 fitendo, cum etiā possit torqueri ad responden
 dum, quando respondere recusat, vt dictum est
 supra cap. ij. Et cautela Iaso. locum habet in cau
 sis ciuilibus; quando respōdetur inter ipsas par
 tes, secus in criminalibus, vbi respōdetur Iudici:
 tunc enim propter religionem iudicis reus debet
 certò respondere, cum interrogetur, quid fecerit.
 vide text. cap. vij. Iosue, ibi, atq; indica quod fe
 ceris. Adde q̄ etiā in ciuilibus, vt positionibus,
 respondetur dare. nota. in. l. i. ff. de vulg. & pup.
 17 Hoc amplius t teneo reum in dubio respōden
 tem parere iudicia cōtra se, quia videtur verè de
 liquisse, & velle iudicem fallere. An confessio
 18 t spontanea ratificetur, vide in sequenti titulo in
 fine.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio metu tormentorum diuersis sumitur modis.
- 2 Tortura metus æquipollet torture.
- 3 Terror leuis non indicat metum, nisi cadat in constantem uirum.
- 4 Torquendi qualitas, circa tormentorū metum est confi-

deranda.

- 5 Notarius non debet scribere reum sponte confessum, si aliquo terrore fateatur.
- 6 Confessio facta à carcerato fame, & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum.
- 7 Carceratus si aliquid confiteatur sine alia tortura, confessio non dicitur spontanea, quia carcer est species tormenti.
- 8 Confessio ut dicatur facta metu tormentorum an sufficiat probare quem fuisse detentum?
- 9 Notarius non potest nec debet scribere reum sponte confessum, sed sufficit ut scribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.
- 10 Confessio etiam spontanea an debeat ratificari?
- 11 Confessus sponte debet saltem moneri ad faciendam suam defensionem rationibus, de quibus hic.

De confessione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX:

- 1 Confessio metu tormentorum diuersis sumitur modis. Primo quando fit in tormētis, seu prope tormenta reo ligato, minante Iudice torturā. vide Bart. l. i. §. diuus. ff. de quaest. Sed alij dicunt, si quis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, si confiteatur, dicitur confiteri metu tormentorū. Idem etiam si quis apud torturam fuerit tantūmodo spoliatus, & non ligatus, dicitur fateri metu tormentorū: quia licet

DE TORMENTIS

Iudex non torqueat hominem, sed eum spoliat,
 ut torqueat, inducitur iustus metus, ac si fuisset
 2 tortus, & secundum aliquos suspicio, seu metus
 torturæ æquipollet torturæ. Hoc amplius dixe-
 runt aliqui cōfessionem factam propter vehemē-
 3 tes minas iudicis, licet extra tormenta intelligita
 men metu tormentorum, & posse reuocari per-
 inde ac facta fuisset prope tormenta. De hoc, &
 supradictis, vide Bar. l. nouissime. ff. qd̄ fals. tur.
 Guid. de Suza. sub rub. de q̄st. Sed cōtrariū ferē
 4 omnes tenent, q̄ solat ductio ad funem sit leuis
 terror, sed ductio, & ligatio indicant metū: quia
 debet esse terror cadens inconstantē virum. l. in-
 5 terposita. C. de transac. Circa prædicta, ego t̄ di-
 co considerandam esse personam torquendi, ut
 puta si est foemina, quia naturaliter timida, siue
 etiam vir, dūmodo sit persona timida, & tali ca-
 6 su tenerem cum Guidō. metus enim tormento-
 rum cōsideratur respectu personarum argumen-
 to auct. multo magis. C. de sacro san. eccl. In hac
 etiam materia considerandum est, q̄ quando
 7 t̄ reus aliquo terrore fatetur, notarius nō debet
 scribere eum sponte cōfessum esse, & in hoc mul-
 8 ti iudices errant. Ideo etiam si esset t̄ in carcere, in
 quo fame, & frigore multum patiebatur reus,
 formidine tormentorum videtur facta cōfessio
 secundum Bart. in. l. i. s. diuus. ff. eod. Ego exten-
 do dictum Bart. ad cōfessionem factam, nō so-
 lum metu tormētorum, sed etiam aliqua alia de

causa, vt in dicta. l. i. §. si quis vitro. Et dixerunt alii
 7 qui, q̄ si carceratus aliquid cōfiteatur, etiam sine
 alia tortura, talis cōfessio non dicitur spontanea;
 8 cum carcer sit species tormenti. Hoc amplius t̄ dī
 xerunt sufficere probare quem fuisse detentum,
 vt eius cōfessio dicatur facta metu tormentotū.
 vide Hippo. in. §. expedita. nu. ix. Sed hæc opinio
 nō placet, quia metus tormētorum cōsideratur,
 vt supra conclusum est. Sed quia metus torture
 potest cōtingere ex diuersis accidentibus. Item
 quia cōsistit in animo delinquentis. Ideo iudicio
 9 meo t̄ notarius propter periculum falsitatis nō de
 bet, aut potest scribere sponte cōfessus, & sufficit
 scribere quo loco, quo tempore, quibus verbis
 cōfiteatur reus, & an fuerit sponte, vel metu cō
 fessus, ex circumstantijs processus. Iudex cognos
 cet, & esse debet potius speculatio iudicis, quā
 10 assertio notarij. Propterea t̄ cōfessio quāuis spō
 tanea debet ratificari per supradictas rationes, &
 alias, quas dicit Hippo. in. §. postquā. nu. xxij. & ta
 lis opinio fuit antiquorū, quā Gandi, impugnat,
 dicens etiam, cum quis cōfiteretur crimen se cōmi
 sisse illico, & absq; aliqua perseveratione, & cō
 fessione damnandus est. vide eum de quæst. nu.
 xv. Sed aduerte, q̄ licet dubium sit, nunquid cō
 fessio spontanea ratificari debeat, sentiunt tamen
 11 omnes, q̄ sponte cōfessus t̄ debet moneri suas fa
 cere defensiones. Primò quia potest cognosci de
 inualiditate cōfessionis vt supra. Secundo, quia

DE TORMENTIS
potest reuocare cōfessionem, vel eam declarare.
Tertio, quia conceditur posse probari falsitas cō-
fessionis. vide Bald. in J. si quis, C. de epif. & cler.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio in tormentis facta tunc demum fidem faciet,
quando per certa signa verificabitur.
- 2 Confessionis in tormentis factæ verificatio ex quibus ha-
beri possit?
- 3 Innocentia rei quandoq; per causas cognoscitur.
- 4 Signa maleficij à reo sunt per iudicē petenda ad confessio-
nis verificationem.
- 5 Confessione non verificata reos damnare exemplo per-
nitiosum est.

*De confessione in tormentis verifican-
da, & de errore Iudicū. Ca. XX.*

1 **D**istum est supra, cōfessiones reorum nō ha-
beri pro exploratis facinoribus, si nulla alia
probatio Iudicis religionē instruat: Etenim res
est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fal-
lit: quia aliqui tanta sunt impatientia, vt in quo-
uis mentiri, quàm pati tormenta velint. l. i. ff. de
quæst. Quare Rhetores disputant, & vtrinq; ar-
gumenta nō desunt. Proinde altera pars tormen-
ta testimoniorum loco habet. At altera pars dam-
nat, cum tormētorum mentiri sæpe faciat dolor.

vide Arist. lib. i. de arte rhet. Quint. lib. v. Cōfessio ita q; in tormentis tunc demum fidem faciet, quando per certa signa verificabitur, & hoc modo tolletur certamen, an reus sit verè cōfessus, an mentitus cruciatu tormentorū. Et iudicis interest quærere ratione humanitatis, ne innocentem occidat, & ne quærendo homicidam homicida fiat cap. xxi. Exod. Verificatio t̄ igitur dupliciter cōsideratur. Primo: q; delictum sit cōmissum, unde cōstare debet de cadauere, aliter non proceditur ad torturam, dictum est supra cap. i. Est autē alia verificatio magis necessaria ad cognoscendū verum delinquentem, & q; reus non sit cōfessus cruciatu tormentorum. Quare licet confiteatur reus, Iudex tamen debet quærere, & verificare infra scripto modo. In primis petatur a reo, cur fecerit, & cur occiderit: nam per t̄ causas quandoq; cognoscitur innocentia rei: etenim si causæ nō sunt verisimiles, rei non damnātur. vide Iaso. l. magistratibus. ff. de iurisd. omnium iudi. l. i. C. ad. l. cornel. de fidei. Secūdo Iudex petet t̄ a reo aliquod certum signū, videlicet, si agatur de homicidio, interrogabit quid factum sit de armis, & de qualitate armorū: nam ex ijs, & similibus veritas elucescit. Si autem de furto agatur, interrogetur quibus vendiderit, & si reus aliquos nominauerit, nominati examinentur, & ab eis exploretur, an sit verum. vide Bru. trac. vi. ibi. principaliter quæritur. Si in causa veneficij quis tor-

DE TORMENTIS

quebitur, interrogetur, ventū vbi emittit? a' quos
quando? quanti? per quem dedit? Supradictō igitur
modo, & simili, & in supradictis, & simili-
bus delictis interrogando reum, delicta sicut ex-
plorata iudici certis signis, quæ ad veritatem ad-
ducunt, & non sola cōfessione, vt dictum est su-
pra. De supradictis signis, vide. l. Mosis cap. viij.
Iosu. i. sine. Apud Rherores, auctore Cornificio,
legitur, maiores voluisse certis in rebus interpo-
ni quæstiones, cum quæ vere dicerentur sciri,
quæ falso in quæstione pronunciarentur, refelli
possent hoc modo. Quo in loco quid positū sit,
& siquid esset simile, quod videretur aliquo simi-
li signo percipi posset. vide eundem. ij. ad Herbo-
nium titulo in causa coniecturali. Exemplo per-
nitiosum est nō verificata cōfessione reos dam-
nare, & exempla nō defunt. vide Valerium Ma-
ximum lib. viij. de quæst. in principio.

S V M M A R I V M.

1. Perseuerare in cōfessione quando & quō reus dicatur?
2. Cōfessione facta an statim reus ducendus sit ad eam rati-
ficandam? uel quantum tempus sit interponendum?
3. Cōfessus debet per tres dies conquiescere antequam du-
catur ad ratificandum ipsam cōfessionem, aliter si fue-
rit ratificata paruo momento, dicitur ratificata meta
tormentorū.
4. Cōfessio facta in tormentis et legitime ratificata nō præ-

cedentibus legitimis indicijs, an valeat, & ex ea an iudex possit reum damnare?

Inquisitio non precedentibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & quaecunque ab ea sequuntur corrumpunt.

Confessio facta in tormentis licet non satis sit ad damnandum nisi ratificetur, an fallat quando praecessit confessio extrajudicialis?

Confessus si non perseveret, an repetatur in tormentis ut perseveret?

Confessus saepius in tormentis, & ad perseverandum ductus semper negans, an & quot vicibus possit torqueri, ut perseveret.

Confessus aliquando potest damnari absq; ratificatione, quando signa sunt talia, ut non sit probatio in contrarium.

Indicijs indubitatis non potest quis damnari, sed tantum torqueri.

Confessus si in confessione perseverare nolit, sed velit probare contrarium, an non sit amplius torquendus, sed audiendus?

De innocentia rei omni tempore queri potest.

Confessio in civili an praedictet in criminali, si per principalem facta fuerit.

Confessio facta in uno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confessionem in primo iudicio iudicatum fuerit.

Tortus Bononiae pro delicto ibi commisso, ob quod non est corporaliter puniendus, si in tormentis confessus fuerit se plura maleficia extra Bononiense territorium perpetrasse, an a potestate Bononiae possit ultimo supplicio.

DE TORMENTIS.

condemnari?

- 16 Confessio de pluribus delictis licet sepe ratificata non nocet, nisi constet de illis.
- 17 Confessio licet legitime habita fuerit per tormenta, et fuerit ratificata, non erit tamen sufficiens ad condemnandum, nisi fuerit declarata à reo per signa, per que uerificetur iudex reum uera esse confessum.
- 18 Confessio etiam ratificata non habet uim ueritatis sine alijs signis.
- 19 Iudex maleficiorum temere, et rei ueritate indiscussa iudicare, aut reum condemnare non debet.
- 20 Aduocati et defensores dandi sunt reis carceratis, se defendere ab inopiam nequeuntibus, ne innocens indefensus pereat.
- 21 Renunciare defensionis sue an reus possit? et an iudex id admittere debeat?
- 22 Iudex querere debet defensiones rei, etiam post latam sententiam, si ratio innocentie consulerit.

De confessione ratificanda, et quando reus ratificare recusat, et de errore Iudicum. Cap. XXI.

- C**onfessiones reorum non habentur pro exploratis facinoribus, nisi rei perseverauerim.
- 1 Perseuerare tamen dicitur, quando reus ducitur ad banchum Iuris, prout duci omnino debet, ubi palam moneatur de uita sua agi, ideo bene consideret, si uult perseverare in confessione sua,

et eam ratificari, legente ei notario vulgari sermo-
 ne dictam suam confessionem. Qui si responde-
 rit cōtenta vera esse, tali casu dicetur perseverare.
 Et notandum † est, reum non statim habita con-
 fessione duci debere ad ratificandum eam: quia
 non dicitur perseverare, quando aliquo tempo-
 ris spacio non quieverit. Vnde Iudex superfede-
 re debet per aliquod spacium, quod esse debet se-
 cundum aliquos per diem, & noctem. Sed se-
 cundum † alios per dies tres, et ita obseruandum
 est: nam per solam diem, & noctem reus animo
 confusus, doloris impaciens facile nō respiscit, &
 adhuc dicitur esse in cruciatu, nisi aliquo bono
 spacio cōquiescat, saltem per dies tres: aliter enim
 si fuerit ratificata paruo momento, dicitur ratifi-
 cata meru tormentorum. Animaduertendum
 † est Bal. tenuisse confessionem præcedentibus
 indicij factam maxime valere, quando ea ratifi-
 catur. Si vero fuerit facta non præcedentibus in-
 dicij legitimis, si fuerit ratificata, valebit, aliter
 non, vide eum l. l. C. de confess. Sed caue, & con-
 trarium tene, q̄ per confessionem factam in tor-
 mentis licet legitime ratificatam non præceden-
 tibus legitimis indicij Iudex non poterit damna-
 re: & ratio est, quia accusatio, siue inquisitio ca-
 ruit suis præcedentibus substantialibus a iure re-
 quiritis, videlicet, vt præcedant legitima indicia,
 antequam deueniatur ad tormenta, aliter inqui-
 sitio † non præcedentibus legitimis indicij est ip-
 so iure nulla, & quæcunque ab ea sequuntur, cor-

DE TORMENTIS

ruunt propter ommissionē, & defectum modi,
6 & formæ substantialis. Notandum est, † q̄ licet confessio facta in tormentis non satis sit ad damnandum, nisi ratificetur ad banchum, vt supra, fallit tamen, quando præcessit confessio extraiudicialis, vide Iason l. Magistratibus. ff. de iurid. omnium iudi. Sed hæc opinio non placet: nam ex confessione extraiudiciali oritur indicium ad torturam, sicut ex alijs indicijs l. i. ff. de ijs, qui not. infam. At tamen confessio facta in tormentis ex alijs indicijs ratificatur, cur diuersum in hac
7 extraiudiciali confessione? Quid si reus † confessus nō perseverauerit: dic, q̄ repetetur in tormentis, modo præcedant legitima iudicia, & hoc casu repetetur non ad confitendū, sed ad perseverandum.
8 Quid si sæpenumero † in tormentis confessus est, & toties ad banchum iuris negavit, an possit torqueri vt perseveret? Dic torqueri posse secundum Hippo. l. repeti. ff. de quæsti. Sed alij post eum dixerunt, si iudicia sint leuia, non posse, nisi semel torqueri. Sed ego sentio, si confessio fuerit verificata signis, vt supra de verificanda confess. posse torqueri arbitrio iudicis. Et ratio est, q̄ hoc casu iudex factus est certus. Et
9 alias † tenui reum posse damnari absque ratificatione, dummodo signa sint talia, et non sit probatio in contrarium. Et ratio reddi potest, q̄ iudex certior factus non debet amplius certiorari. Deinde quia vbi sunt probationes, & secundum aliquos iudicia indubitata contra reum proceditur.

ad condemnationem absque confessione, & ratificatione. Sed per indicia, † licet indubitata sententia non posse damnari, sed torqueri. Non obstat, q̄ dici posset, q̄ modus, & forma torturæ exigunt, q̄ confessio in tortura, siue metu torturæ ratificetur. Respōdetur, q̄ hoc casu reus damnatur propter signa mediante confessione, non propter confessionem. Quid si reus † non perseverauerit in confessione, & vult probare in contrarium? Dic q̄ non torquebitur, sed audietur, licet sit confessus. Et nō solum post confessionem sed etiam post ratificationem, & sententiā latam.

12 Nam † omni tempore ratione humanitatis quaeri oportet de innocentia rei. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se confitetur, & sæpe falsa demonstratione damnatur l. i. §. fin. ff. eodem. Quamobrem iudex bene ager, si in omni casu confessionis dabit terminum reo ad se defendendum, & dabit aduocatos & defensores ne innocentem condemnet, vt sæpe dictum est.

Occurrunt hic aliquæ quaestiones in materia confessionis. Primo † confessio in civili præiudicat in criminali, si facta fuerit per principalem, secus per procuratorem, vide Pau. de Lizar. in c. fin. de confessionis. Secundo, confessio † facta in vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confessionem in primo iudicio iudicatum fuerit, notatur in l. i. C. quando ciui. actio præiudic. di. crimi. Tertio, si tortus † Bononiæ pro delicto ibi commissio, ob quod non debet pari corpo

raliter, in tormentis confessus etiam perpetrasse
 furta, & alia maleficia extra comitatum Bono-
 niæ, quæritur nunquid potestas Bononiæ possit
 eum ultimo supplicio condemnare propter talia
 maleficia alibi commissa, et digna morte? Conclu-
 sive dicitur non posse, vide Gād. de quæstio. nu.
 16 xxij. Quarto, confessio † de pluribus delictis
 licet sæpe ratificata non nocet, nisi constet de illis,
 17 dictum est supra in c. ij. Hoc † amplius notan-
 dum est, q̄ licet constet de delictis, & licet confes-
 sio sit legitime habita per torturam, esto etiam q̄
 sit ratificata, non erit tamen sufficiens ad condem-
 nandum, nisi fuerit declarata a reo per signa, per
 quæ verificetur Iudex reum vera esse confessum,
 vide Bru. in glo. Sexto principaliter nu. xij. vide
 supra in c. xx. Et ratio reddi potest, q̄ confessio
 18 † quamvis ratificata non habet vim veritatis si-
 ne signis, dicente Iuriconsulto. Siquis vitro de
 19 maleficio fateatur non semper ei fides habenda
 est. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia
 20 de causa in se confitetur l. i. ff. eodem. Itaque Iudi-
 ces ne † præcipites, aut temere, indigenterq; pro-
 bata, aut quouis modo indiscussa indicent, dicen-
 te Veritatis voce, nolite iudicare & non iudicabi-
 mini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabi-
 21 mini. Maximum quidem, † memorabile, menti-
 que tenendum haud prætermittendum esse duxi.
 Quoniam miserabilibus, maximeque circumuen-
 tis succurrendum esse censeo.

¶ Quare Illustrissimus Iulius Gabriel patritius Ve

vetus, Comes sancti Pauli, & Auiani cum quenda-
 dam pro homicidio reum conuentum in carceri-
 bus detrusum teneret, qui maxima angebatur
 inopia, adeo vt se defendere non posset, Prædi-
 ctus Illustrissimus dominus Comes suis proprijs
 (quod est notandū) sumptibus Eximios vtriusq;
 Iuris doctores dominum Alexandrum Federi-
 cum nobilem Taruisinum, & Ioannē Baptistam
 Rotā Serrauallensem, ab ipso reo nominatos, in
 aduocatos, ac huiusmodi causæ defensores assump-
 sit. Istud quidem maximū misericordiæ opus,
 et liberalitatis exemplum Illustrissimus dominus
 ipse Comes ab Illustrissimis, & piētissimis domi-
 nis Venetis, orbis terrarum virtutis specimen ha-
 buit. Quorum iustitia plena est terra. Et qui vna
 cum Dauide incessabili voce misericordias domi-
 ni in æternum cantare, ac eam miserabilibus, &
 inopia ductis impertiri non desinunt. Postremo
 aliqui t vtuntur hac cautela, videlicet q; rei re-
 nuncient defensionibus, siue dicant se alias non
 habere defensiones: et sic ratificare faciunt confes-
 sionem, & non amplius audiunt reum. Sed dic,
 q; rei non possunt renunciare, nec Iudex admit-
 tet aliquod genus renuntiaē, nisi certo sciat reum
 carere defensionibus, & omni tempore audiat,
 t ipse iudex quaeret defensiones cap. xxij. Exod.
 Bald. in l. seruum quoq; ff. de procur. & l. i. in fi.
 ff. de quaestio. vbi etiam post latam sententiam
 quaerit iudex si ratio innocentiaē constiterit.

FRAN. CASONVS

Bonifacio Pasolo Iuriconsulto Felrensi. S.



VM apud nos fui, opusculum hoc singulare (licet multis negocijs, & infinitis causis fori uestri districtus forem) composui, quod cum alijs edere hactenus sum reluctatus, non ignorans multos clarissimos, & innumerabiles auctores, tum antiquos, tum nostrates multa diligentissime scripta posteris reliquisse. Deinde quia non satis maturasse opinabar iuxta consilium Horatii, qui in arte poetica suadet, ne precipitetur editio, ut non nisi emendatissima in manus hominum ueniat.

» Pompilius sanguis carmen reprehendite, quod non

» Multa dios, & multa litura coercuit, atque

» Perfectum decies non castigauit ad unguem.

Attamen quia multi summopere effragitarunt, ut tractatus, quos antea de indicijs, & tormētis, scripserā, emitterē eorū precibus exoratus illos edere non recusavi, quibus hæc singularia addidi. Et ne tu cum alijs studiosis tædio, afficiaris in recitādis scriptoribus, qui innumerabiles sunt, multa prætermisi, eiusdem Horatii consilio usus.

» Quicquid præcipies, esto breuis, ut citò dicta

» Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Hunc itaq; tractatum Bonifaci tibi tum nobis amicissimo, tum eximio amore literarū flagranti dicamus, quem pro tua humanitate, et benignitate, quæ in te maxime pollet, & ualet, & pro mutua nostra beneuolentia libenter suscipies.

Vale.

SING V.

SINGVLARIA

QVAESTIONVM

CRIMINALIVM SVB

proprius titulos digesta, & reda-

cta per Franciscum Caso-
num Iurisconsultum.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusare quilibet potest, qui non prohibetur, & qui sint prohibiti?
- 2 Frater non admittitur contra fratrem, nisi suam, suorum uè iniuriam prosequatur.
- 3 Maritus non potest accusare uxorem de adulterio, si ipse de adulterio, uel lenocinio cõuincatur, hodie tamen hoc corrigitur.
- 4 Maritus & pater uxoris post quadraginta dies accusare prohibentur, multasque ob alias causas ab uxoris accusatione repellitur.
- 5 Accusare uolentes, debent id sine mora facere.
- 6 Calumniae suspitio ab accusando repellit.
- 7 Personae quae ab accusando arceantur?
- 8 Iudex potest procedere ex officio super accusatione proposita accusatore desistente.
- 9 Accusare in crimine priuato quis non potest, nisi sua interfit, uel poena fisco sit applicanda.
- 10 Accusatus an possit accusatorem suum accusare.

N

QVI ACCV. POS.

- 1 1 *Pauper prohibetur accusare, nisi sit fidedignus.*
- 1 2 *Minor xxv. annis accusare prohibetur.*

Qui accusare possunt, vel non. Cap. I.

- 1 **R**egulariter quilibet potest accusare, qui non prohibetur, itaque prohibentur accusare, alij propter sexum, vt mulier propter fragilitatem sexus, Vel aetatem, vt pupillus; nisi suam, vel suorum prosequantur iniuriam; et nisi in crimine læsæ Maiestatis, annonæ, & suspecti tutoris, & pro testamento patris. Alij propter sacramentum. Alij propter magistratum. Alij propter delictum proprium, vt infames, vel qui nummos acceperunt ob accusandum, vel nō accusandum.
- 2 **F**rater t̄ non admittitur cōtra fratrem, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur l. qui accusare ff. de accus. & ibi glol. & glol. in rub. C. eod. vbi
- 3 **m**ulti enumerantur casus. Maritus t̄ nō potest accusare vxorē suā de adulterio, si ipse maritus de adulterio, siue lenocinio ante conuincatur, per vulgatam regulam dolus cum dolo compensatur l. si vxor. §. iudex. ff. de adult. vide Gandi. in tit. qui accusare possunt. Et cum prædictis auctoritatibus aduocati consueverunt defendere mulieres, vel poenam diminuere. Sed aduerte, q̄ supra dicta lex (licet, Gandi. nihil dicat) hodie est correctata per auct. vt nulli iudic. §. adulterium col. viij.
- 4 **M**aritus t̄ prohibetur accusare vxorem suam de adulterio post dies xl. & pater vxoris etiam re-

pellitur iure mariti. C. ad l. Iuliam de adult. Item repellitur maritus accusare vxorē suam de adulterio, si primo repudiavit eam, & mox approbavit mores eius l. si vxor. ff. de adult. quod nota pro muliere. Qui accusare t volunt, debent, sine mora accusare: aliter enim propter tarditatem Iudex præsumet pro reo, pro quo etiam reo orietur iudicium secundum Iaso. s. fuerat in sit. de actio. Præterea t propter suspicionem calumnie quis repellitur ab accusando: Item t qui pacem fecerunt de vulneribus sibi illatis. Item qui semel destiterunt ab accusatione similiter repelluntur, prout not. in rub. C. eodem. In prædictis t tamen casibus Iudex procedet ex officio: quia Iudex, producta accusatione, potest ex officio suo prosequi, & facere ea, quæ accusator facere potest, prout dicitur in c. sequenti. In crimine t priuato regulariter quis non admittitur ad accusandum, nisi cuius interest, & nisi delictum sitiale, ex quo veniret poena applicanda fisco not. in rub. ff. de popu. a. s. Accusatus an t possit accusare accusatorem suum, quæritur per scribentes, & adhuc sub Iudice lis est. not. per Bart. Bald. Ang. Imol. in l. is, quis reus. ff. de pub. ludi. Sed in hoc casu animaduertendum est, & distinguendum: quando accusatus accusat accusatorem suum de maiori, & tunc, aut de tali crimine, quod si esset verum crimen contra se obiectum non esset verum, & tunc audietur, & plus tunc supersedebunt.

N ñ

QVI ACCVS. POS. VEL NON.

tur super primo, donec secundum fuerit discussum, & ex euentu causæ procedetur super primo, vel non. Aut non opponitur tale crimen, sed aliud, & primum, et secundum delictum possunt esse, & tunc super vtraque accusatione procedetur, & discutietur. Limita si talis accusantus accusans accusatorem suum vt supra, non expectauerit nomen suum recipi inter reos, siue iudicem commississe contra se citationem: quia tunc propter tarditatem accusandi præsumitur facere animo differendi primam accusationem. not. in l. qui accusare. ff. de accusat. Gaudi, in tit. qui possunt accusare, & qui non, in versi. sed ego forma
1 1 bo talem quæstionem. Pauper † prohibetur accusare nisi sit fidelis l. nonnulli, de accusa. Minor
2 2 viginti annis † similiter prohibetur, sicut testificari. Sed secundum Bart. potest t. accusare. ff. de accusa.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusari quæ personæ possint, & quæ non?
- 2 Mortui quando possint accusari, & quando non?
- 3 Appellatione pendente si reus moriatur, an accusatio extinguatur?
- 4 Operarij conducti ad laborandum in alieno loco accusari non possunt, nisi per dominum eis fuerit protestatum, uel nisi sint ei loco, de quo agitur, vicini.
- 5 Clerici per laycos accusari non possunt, quamuis sint priore tonsuræ hodie tamen secus est.

QVI ACCVS. POS. 77

- 6 Sacerdotes committentes delicta facinorosa, seu atrocias possunt accusari, & puniri per iudicem laycum.
- 7 Accusatus ab aliquo de uno crimine non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, uel procedere impediatur.
- 8 Intellectus l. libellorum. ff. de accusatio.
- 9 Accusari non potest quis post lapsum uiginti annorum, fallit in casibus hic positis.
- 10 Accusandi post mortem ius durat per quinquennium.

Qui accusari possunt, & infra quod tempus. Cap. I I.

- 1 Accusari possunt tam mares, quam foeminae, & demum omnes, nisi sint a iure excepti
- 2 l. ij. C. de reis exhib. Accusari non possunt mortui: quia mortuo reo omnis criminatio extinguitur: fallit tamen in crimine laesae Maiestatis, Repe tendarum, Peculatus, & Haereseos, quibus casibus propter enormitatem delicti acculatio de iam mortuo recipitur l. Iudiciorum. ff. de accus. Item fallit, si accusatus sibi mortem consciuerit, Vel etiam, si post litem contestatam, Vel postquam fuerit in scelere deprehensus mortuus fuerit not.
- 3 in supradicta l. Iudiciorum. Quid autem accusato conuicto, & condemnato, si ab illa condempnatione appellatum fuerit, & pendente appellatione moriatur: respondent scribentes, criminacionem extingui quoad crimen, sed quoad bona

N ij

QVI ACCVS. POS.

- appellationem perficiendam esse, si in illa sententia bona erant adempta, Gand. in. s. Sed pone tit.
- 4 eod. Accusari ¶ non possunt operarij conducti ad laborandum in alieno loco, sed conducentes accusari debent: fallit tamen, si talibus operarijs fuerit protestatum per dominum loci, vel si operarij fuerint vicini loci, de quo agitur, tali enim casu præsumuntur scire locum esse alienum not. per Imo. & alios scribentes l. de pupillo. ff. de operis no. nunciat. Clerici ¶ per laycum non possunt accusari, quamuis sint primæ tonsuræ secundum Domin. de sanct. Gemi. in c. cum in nouella de accus. vbi dicit perpetuo notandum contra iudices laycos, sed priuilegium tale clericorum primæ tonsuræ in desuetudinem abiit, & per iudices laycos hoc tempore puniuntur, & talis obseruantia defendi potest per suas mee leges, vt in c. clerici si in tonsura extra de vita, & honest. cleri.
- 6 Hoc ¶ amplius sacerdotes committentes delicta facinorosa, vt puta, raptum virginum, et alia similia delicta atrocita possunt accusari, & puniri per iudicem laycum l. ij. & ibi glo. & Cyn. C. de his, qui ad ecclesia confug. & ratio est, quia ecclesia odit, & repellit tales delinquentes c. xxi. Exod.
- 7 ibi. Siquis insidiatus fuerit, ab altari meo repellatur. Accusatus ¶ ab aliquo de vno crimine non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel impediatur procedere, nam tunc admittitur accusator de co-

dem l. libellorum. ff. de accus. Sed multi intelligunt
 accusatorem admitti ad persequendum accusatio-
 nem, non autem ad instituendam de nouo, & hoc
 quia accusatus non debet de eodem crimine plu-
 rities vexari l. licet. §. fin. ff. Naut. Caup. Stabu.
 Item quia iudex succedit loco accusatoris, po-
 test enim profequi, et ea facere, quae accusator fa-
 cere potuisset Bart. in l. i. ff. de pub. ludi. Sed quo-
 8 tles t̄ propter ineptitudinem, aut aliam malam
 formam processus formati conditio secundi accu-
 satoris foret facta deterior, tali casu licet transcen-
 dere ad aliam accusationem, & ita intelligitur su-
 9 praedicta libellorum. Accusari t̄ quis non po-
 test post lapsum annorum viginti. quare. C. de
 fal. Fabit̄ tamen in partu supposito. Item quando
 falsis medicamentis partum impediuit. Item in cri-
 mine heresese. Item hereseds, & pecula-
 turis si cum eo. ff. de poen. & l. iudicij. ff. de accus.
 Item in stupro admisso per vim in masculo, siue
 femina l. mariti §. per quinquennium. ff. ad l. Cor-
 ne. de fira. Dicitur est hoc sic praedictis casibus
 posse accusari delinquentes etiam post mortem;
 10 Sed t̄ tale ius accusandi post mortem durat per
 quinquennium l. qui Manicheos. C. de haeret. Et
 ibi glo.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatio quid sit?
- 2 Accusatione non praecedente quis regulariter non puni-

N iiij

DE ACCUSATIONE

- tur, nec contra eum proceditur, nisi in certis casibus, in quibus proceditur officio iudicis.
- 3 Inquisitio est de iure diuino.
 - 4 Accusatio non admittitur, nisi constet de delicto, nisi in certis casibus.
 - 5 Contumax ex dispositione statuti non habebitur pro confesso, quoties iudici non constiterit de delicto.
 - 6 Libellus est per accusatorem edendus, hodie talem per Italiam accusatio fit simpliciter.
 - 7 Accusatio quid continere debeat?
 - 8 Dies an exprimendus sit in accusatione?
 - 9 Accusator petere non debet reum puniri certa poena, sed sufficit, quod petat eum puniri secundum formam iuris & statutorum.
 - 10 Civiliter & criminaliter an eodem libello agi possit?
 - 11 Accusari an plures possint in uno libello de eodem delicto?
 - 12 Accusari an unus possit in uno libello de pluribus delictis?
 - 13 Accusari quis ex eodem delicto simul et semel diuersis legibus nequit.
 - 14 Accusari quis quando possit de pluribus delictis solo libello?
 - 15 Accusari quis quando possit à pluribus eodem libello?
 - 16 Libello eodem potest agi contra producentem falsos testes, & contra falsarios testes.
 - 17 Accusator debet subscribere accusationem ad poenam talionis, & an hodie hæc subscriptio habeat locum?
 - 18 Calumniosus accusator arbitrio iudicis punitur, & in eadem sententia, qua absoluitur reus.

- 19 *Accusatione per calumniam fuisse institutam quomodo cognoscatur?*
- 20 *Accusatione pendente reus ad honores non admittitur, et propter atrocitatem delicti concurrente infamia fit suspensio beneficij, & officij, donec causa finiatur.*

De accusatione, siue libello. Ca. III.

- T**Ractaturis de accusatione nota debet esse vis, diffinitio illius, sequēdo ordinem iuriconsulti in. l. i. ff. de contrahen. emp. & in. l. i. ff. de
- 1 *furtis. Accusatio est aliquem reum criminis deferre. l. libellorū, ibi, reum deferre. ff. eod. Et regulariter sine accusatione non proceditur ad criminis cognitionē, nisi in quibusdam casibus, in quibus proceditur offō Iudicis. l. ij. ff. de adulter. Hodie vero in quibuscunq; delictis (dummodo grauibus) proceditur per inquisitionem, ne propter defectum accusatoris delicta remaneāt impunita. Hoc amplius dico, q̄ inquisitio est de iure Diuino, prout dicitur in titu. de inquisitione.*
- 2
- 3
- 4 *Accusatio non admittitur, nisi constet de delicto: nisi in casibus, de quibus dictum est in tractatu meo de tormentis. c. ij. Et nota, t̄ q̄ vbi statuta illustrissimorū Venetorū disponunt contumacem haberi pro confesso, seu non audiri, non habebunt locum; quotiēs Iudici non constiterit de delicto: quia officium suū est ante omnia quæ rere de delicto, postea de reo. l. ij. C. de iura. calū. & ibi Bart. l. raptor. C. de epif. & cler. vbi fortius*
- 5

DE ACCVSATIONE

- probatum reum conuinci debere de delicto: Libellus est edendus per accusatorē, licet diuersimode concipiatur. l. fi. C. qui accus. non possunt. Sed hodie per totam Italiam accusatio fit simpliciter, & ita obseruatur, Gan. in titu. qualiter fiat accusatio. Sed talis accusatio continere debet nomē accusatoris, & accusati, crimen cōmissum, cum qua persona, quo loco, quo anno, & quo mēse, & quo die. Fallit tamen in crimine falsi. Verum secundum Specul. in. g. ij. de accus. non est necesse appōni diem, neq; horam: Alij t̄ autē post eum dixerunt; q̄ si accusator scit, aut verisimiliter scire potest diem, tūc tenetur exprimere: & si dies, aut aliud tempus necessariū obmissum fuerit, in libello, poterit postea probari, & conuadabitur libellus: Sed si de alio loco, et tempore vitā p̄missum in libello, fuerit probatum, an reus absolui debeat ab obseruatione iudicis dicitur in cap. 10.
- 9) Caueat t̄ accusator, ne petat reū puniri centā pōna: quia sufficit accusatori petere reum puniri secundum formā iuris, & statutorū. l. i. ff. ad Turp. & ibi Barr. Si autem accusator expresserit pōtā in libello, quæ nō cōuenit, reijcietur libellus propter talem ineptitudinem, sicuti propter aliam omissionem modi, & formæ substantialis. Sed alij contradicunt: quia suppletur per iudicem tali defectui, not. in cap. examinata de iudic. & ratio reddi potest: q̄ ubi aliquis actus non est necessarius, licet fiat, & inepte, propter hoc non vitatur

- processus, & in hoc differt a' causis civilibus. Sed
10. Nunquid agi civiliter, & criminaliter in eodem libello, siue accusatione contra aliquem possit? respondent scribentes q̄ non, nisi agatur de re familiaris, vt furti, vel de talibus exhibendis, vel in serdicio: vnde vi, vel crimine falsi, &c. Sed vna intentata & finita; altera poterit intentari, vt not.
 11. In sti. ad. l. Aquil. §. liberorū. At nunquid plures possint accusari in vna accusatione, siue libello? respondent scribentes, posse de eodem delicto, vt. C. si re, vel accusa. mortuus fuerit. Sed de diuersis delictis non, nisi suam, vel suorū iniuriam prosequantur, & nō aliter. l. cum rationibus. vbi not. per. scribentes. C. eodem, fallit in adulterio, vbi plures rei accusari non possunt, licet de incestu accusari possint. l. res. C. eodem. Sed nunquid
 12. In vnum solum possim accusare in vno libello de diuersis delictis? respondetur, posse: sed delicta sunt clare specificanda, & sigillatim, vt accusatus certificetur, vt in. c. vt circa. extra de elec. Sed
 13. pro eodem delicto non potest aliquis accusari diuersis legibus simul, & semel: ratio reddi potest: q̄ nō debet bis puniri, siue affici duplici poena pro eodem delicto. car si clerici extra de iudi.
 14. & l. senatus. ff. de accusa. Circa prædicta t̄ est aduertendum, aliquem posse accusari de pluribus delictis solo libello, si dicta delicta simul veniūt punienda vna, & eadem lege; aliter est si delicta veniunt punienda diuersis legibus, tunc enim dī

QVANDO ET QVO. ACCVS.

- uerfis, & pluribus libellis accusari oportet. l. non
15 est nouū. ff. de act. emp. Accusari quis potest à
pluribus eodē libello, si interest illorum: si autem
non interest, magis idoneus ipsorū per Iudicem
eligi debet. l. licet. §. fin. ff. nau. caup. stabul. verum
hoc habet locum a principio, aliter proseguendū
16 est. l. si plures. ff. de accusa. Libello eodē, siue in
quifitione eadem potest agi contra producētem
falsos testes, & contra falsarios testes. l. hos accusa
17 re. ff. de accus. Postremo t̄ accusator debet subscr
bere libellum, siue accusationē ad p̄enam talio
nis. l. libellorū. ff. eodem. Sed hodie hæc subscri
prio est sublata rationibus di. tis per Bart. in di
18 cta. l. Sed quotiēs t̄ expresse apparet de calumnia
accusatoris p̄t puniri arbitrio iudicis, & in eadē
sententia, qua absoluitur reus: Verū tutius erit,
q̄ reus admoneatur, vt se defendat occasione ca
lumniæ secundum Bart. in. l. athletas. ff. de fal. Et
19 difficultas est cognoscere, quando t̄ quis per calū
niam accusauit dicetur in cap. v. Nota, & limita
20 t̄ regulam q̄ lite, & accusatione pendente, accusa
tus non admittitur ad honores, & per atrocitatē
delicti concurrente infamia fit suspensio benefi
cij, & officij donec causa finiatur. Innocen. in. c. i.
de accusa. lib. vi.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes examinantur citato reo, & existente contradic
to-re, aliās repetuntur, & an hodie id obseruetur?

PROBARE DEBET 103

- 2 *Iudex debet examinare, & interrogare testes, perinde ac si reus contradictor adesset.*
- 3 *Testes semel examinati non debent iterum super eodem examinari: & quid si iterum examinati contrarium primo deposuerint utrum dictum ualeat?*
- 4 *Testis unum dicens extra iudicium, contrarium uero in iudicio, an de falso puniatur?*
- 5 *Testes in criminalibus nunquid debeant esse omni exceptione maiores?*

Quando, & quomodo accusator probare debet. Cap. IIII.

PRODUCTA accusatione, deuenitur ad examinationem, & testes examinantur citato ipso reo, & existente contradictore, ut possit dare sua interrogatoria: & si fuerint examinati testes non citato reo, iterum examinabuntur: & Iudices, qui examinant testes reo non citato, errant, secundum opinionem Salyc. in l. fi. C. de quaest. Ang. in verb. fama publica vers. quaero. Hip. in l. i. ff. de quaest. Aduerte, quod stylus Italiae est in contrarium, & testes examinantur absque citatione partis, & testes non examinantur iterum, prout examinari non debent. Et haec consuetudo examinandi absque citatione rei utilis est in puniendis delinquentibus, quoniam citati, aut fugiunt, aut testes corrumpunt: Et licet omnes scribes dicant testes examinari debere reo citato, ut supra: tamen haec consuetudo defenditur, nec est de iure nouum: quod quando

DE ACCVSATORE

- proceditur in criminalibus ex argumentis, & Indicijs, eo casu testes examinari absque citatione pariter possunt, text. est in c. i. de homici. lib. vi. & ibi scribes Sed in hac materia aduertant Iudices, qd debent examinare, & interrogare testes, perinde ac si reus contradictor foret: cum Iudex teneatur ex seipso facere debita interrogatoria, sicuti dictum est in tract. meo de tormentis in. c. de non torquendo reo per indicia, nisi plene probata, & quomodo probentur. Et testes semel examinati non debent iterum examinari super eodem, quia si testis semel examinatus cum iuramento deposuerit, si iterum examinetur, & contrarium, seu quid diuersum deponat, neutrum dictum valebit Bart. in. l. eps. C. de fal. Imo plus tenet Bar. qd si testis dixerit vnum extra iudiciu, contra. tum vero in iudicio, punitur de falso. Sed haec opinio est reprobanda per omnes scribes: quia licet testis aliter in iudicio, ac extra iudiciu dicat non videtur mentiri. Nunquid autem testes debeant esse omnij exceptione maiores dictum est in tract. meo de indicijs p. vii. un. vnius testis.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatore non probante reus absolvitur, & quid si probatum sit de diuerso, quam positus sit in libello, an reus absoluator, vel puniatur de eo quod probatum est?
- 2 Accusator deiciens in probatione, an eo ipso calumnia

ri videatur?

- 3 Calumniosus accusator, ante litem contestatã ab accusatio-
ne desistens, an possit puniri? & quid de accusante per
modum exceptionis?
- 4 Occidens eum, quem tempore illatorum vulnerum banni-
tum fuisse asserit, utrum si in processu non appareat an
antea uel post uulnera fuerit bannitus, pro uulneribus
sit condemnandus?
- 5 Probatio semiplena releuat accusatorem à calumnia, nisi
reus contrarium plene probet.

*De accusatore non probante, seu per
calumniam accusante. Cap. V.*

- 1 Accusatore non probante, reus venit absol-
uendus. Quid si de alio loco, & tẽpore ultra
positum in libello fuerit probatũ, an reus absolut
debeat ab obseruatione iudicij, an vero debeat
condẽnari de eo, quod probatum est? & secun-
dum Barr. absolui debet reus ab obseruatione iu-
dicij, & de nouo poterit accusari. vide eum in l.
penult. C. de priuile. Atq; dixerunt posse condẽna-
ri de eo, quod probatũ est, ne delicta remaneant
impunita. l. si a reo. ff. de fideius. In hoc distinguẽ
dum esse existimo, uidelicet, si accusator accula-
uerit de facto proprio, seu de facto, quod non
ignoret, propter quod reus passus est graues ex-
pensas, seu carcerem, tunc dico reum absolui de-
bere ab obseruatione iudicij, & posse de nouo ac

DE ACCVSATORE

- cusari secundum doctrinam Bart. quia dicto casu accusator videtur accusasse potius per iniuriam, quā ius: si vero reus non fuerit passus grauiores expensas, vt supra, & accusator potuit ignorare factum: tunc dico posse condemnari de eo, quod fuerit probatum vltra positum in libello.
2. Quid accusator t̄ deficiens in probatione eo ipso calumniari videatur? & videtur, q̄ sic, secundū Spec. in titu. de accus. nu. xxiiij. Sed hæc opinio non placet: quia potest cōtingere, q̄ iusto errore accusauerit, Bart. in l. athleta. §. calūniator. ff. de infami. quare in hoc standū est cōscientiæ iudicis, qui cōsiderabit, qua mente ad accusationē accusator processerit, & si in euidenti calūnia reperiet eum, legitima poena afficiet. l. i. ff. ad turpil.
3. Et si t̄ quis per calūniam accusauerit, licet ante litem cōtestatā desistat, poterit t̄n puniri, licet multi teneant contrarium per regulā, q̄ qui accusat, & subito desistit, non videtur accusare: Sed dic posse puniri: quia iam iniuria est illata accusato, vt supra in dictis iuribus. Sed si quis accusauerit per modum exceptionis, licet expresse appareat de calūnia, non poterit t̄n condēnari: quia ignoscitur illi, qui prouocatus ē, dicetur in sequēti ca.
4. Quid si accuso te, t̄ q̄ vulnerasti Titium de mense Nouembris, & probatum est: sed excipitur, q̄ Titius fuit bannitus de dicto mense, & secundum leges cōtra exules potest impune offendi? vertitur in dubium: quia in processu non apparet, an
ante

ante, vel post vulnera fuerit bannitus, Nunquid pro vulneribus venias condēnandus? Et licet opi-
niones, & auctoritates sint vtrinq;, dico te accu-
satum absolui debere: quia in delictis probatio-
nes in condēnando debeat necessario concludere
Ange. in verb. de anno præsentis, nume. vi. vbi
5 vtrinq; allegat. Postremo norandum est † qd se-
miplena probatio releuat accusatorem a calum-
nia nisi reus contrarium plene probet. Bald. in. l.
fi. C. de proba.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatio per modum exceptionis quando habeat locū,
& per quæ inducatur?
- 2 Accusatus excipiens contra accusantem de crimine, &
petens illum de eo condemnari, videtur accusare, & su-
per ea tanquā super accusatione procedendum erit, &
in hoc accusationis substantialia erunt obseruanda.
- 3 Accusatus non potest opponere crimen in modum exce-
ptionis lite contestata.
- 4 Accusatione per exceptionem proposita contra quæ prius
procedendum sit ad capturā, an contra accusatorem, vel
accusatum excipientem?
- 5 Exceptio accusatoria in quibus ab accusatione differat?
- 6 Excipiens de crimine, & non probans, an puniatur ut
calumniosus accusator?
- 7 Protocato ignoscitur.



DE MODO ACCVSANDI

De modo accusandi per exceptionem.

nem.

Cap. VI.

- 1 **E**st & alius ^tmodus accusandi per exceptionē, per quem proceditur, & cognoscitur de maleficio ultra supradictū modum. l. quoniam. C. ad. l. iul. de adul. quo casu qñq; crimina obijciuntur per accusatum via exceptionis, qñq; contra producentes falsa, vel suspecta instrumenta, siue testes, & similia: & tunc animaduertendū, & distinguendū est, videlicet, si accusatus excipit contra accusatorē solum ad repellēdum eundem accusatorem ab accusatione sua, siue ad derogandū fidei testium, siue fidei instrumentorū: tunc tales exceptiones non habent vim accusationis per regulam. qui excipit nō accusat. l. rescriptum
- 2 .ff. de mune. & honor. Si vero crimen ^t fuerit obiectum per accusatum non solum per exceptionem: sed etiam fuerit petitum: q̄ accusator condemnatur: tunc accusatus non solum excipere, verum accusare videtur: & tali casu per Iudicem procedetur tanquam super accusatione. l. vna. ff. vi bo. rap. l. ij. ff. de tab. exhib. Et notandum est, q̄ in tali casu debet, & tenetur excipiens ponere locum, annū, & mensem cōmissi delicti perinde, ac in accusatione. Bart. in. l. i. ff. de excep. & est ratio, qui excipit accusare videtur vt supra. Līmita
- 3 prædicta, ^t q̄ lite contestata accusatus nō potest opponere crimen in modū exceptionis. l. i. ex-

4 transeis. ff. de adult. & quia plerunq; contingit in facto: q̄ p̄posita suprascripta exceptione in modum accusationis incertus est Iudex cōtra quem procedere debeat ad capturā , & tali casu si pœna corporalis venit imponenda propter gravitatem, & qualitatē delicti accusatus, & accusator carcerabuntur, vt verius cognoscatur de delinquente: nec relaxabuntur, nisi cognito delicto: et est ratio, quia in tali casu vtraq; pars est accusata: Si vero non erit pœna corporalis imponenda Iudex relaxari permittet, datis tñ fideiussoribus. vide Cin. l. fin. C. de accu. Quid si isti relaxati nō paruerint foro, & Iudici, q̄nto procedetur? dicitur infra in titu. de captura, & carcere. Postremo animaduertendum est: q̄ exceptio supradicta, & p̄posita modo, quo supra pro accusatione habetur, sed tamen differt t̄ ab accusatione, de qua in titulo p̄cedenti: quia t̄ quando crimen obiectum accusatori per modum, & viam exceptionis non probatur, non proceditur contra ipsum excipientem ad aliquam pœnam, vt putā de calumniā, siue in alijs pœnis, in quibus proceditur contra accusantes de calumniā conuictos. Et ratio diuersitatis reddi potest: quia parcitur accusato, qui prouocatus est: ignoscitur t̄ enim illi, qui prouocatus est. l. si adulterium. §. Imperatores. ff. ad. l. Iul. de adul. vnde accusatus per exceptionē accusans excusatur: quia quouis modo licet sanguinem proprium redimere.

DE DENUNTIATIONE S V M M A R I V M.

- 1 Denuntiator est ad instar accusatoris, fallit in his, qui ratione officij ad id tenentur.
- 2 Denuntiare quis teneatur maleficium commissum in con sinibus duarum uillarum?
- 3 Iuratus tenetur denuntiare delictum si nito officio suo, de quo non habuit ante notitiam.
- 4 Chyrurgi, siue Syndici, qui tenetur uulnera denuntiare, an leues percussiones denuntiare teneatur, uel eos qui cū unguibus offenderint?
- 5 Denuntiantes malitiose non aggrauantes delictum, tenentur de falso.
- 6 Denuntiantes aliquem qui non deliquit, an & quando excusentur?
- 7 Denuntiantes ratione officij, an ad expensas teneantur?
- 8 Denuntiantibus officialibus, quando & in quibus casibus credatur?
- 9 Denuntiare qui tenentur sub poena, an excusentur si accusator praeuenerit?
- 10 Iurati an teneantur denuntiare delicta, quae de iure non sunt punienda?
- 11 Denuntians an possit recipi in testem.
- 12 Denuntians an consequatur beneficium statuti praemium proponentis indicanti delictum, uel accusatori?
- 13 Absolutus à denuntia an perinde sit, ac si absolutus foret ab accusatione?
- 14 Denuntiatione facta per saltuarium, non dicitur de delicto constare.

DE DENUNTIATIONE 107

- 15 Denuntiatio sola non facit aliquam probationem vel iudicium, sed tantum sufficit ad inquirendum.
- 16 Denuntians an teneatur edere libellum, sicut accusator?
- 17 Denuntiatio quando sapiat accusationē, vel instigationē?
- 18 Iurati, qui tenentur denunciare, etiam casus fortuitos notorie impunibiles denunciare debent.

De denuntiatione. Cap. VII.

Dictum est supra de accusatione, hic videndum est de denuntiatione, per quam Iudices procedūt. l. ea quidem. C. de accusationibus. Denuntiator t̄ est instar accusatoris, & debet assistere denuntiationi, sicut accusator accusationi suæ. Fallit tamē in officialibus, & iuratis, seu Magistris uillarum, & alijs personis, quæ per statuta locorū, seu per leges principum tenentur denunciare: tali enim casu Iudex procedit ex officio, ut in supradicta. l. ea quidem. Si delictum t̄ cōmittetur in confinibus duarum villarū iurati vtriusq; villæ tenentur denunciare. l. i. C. vbi de crim. agi oportet. Iuratus t̄ tenetur finito officio suo denunciare delictū, de quo non habuit ante notitiam. l. nam & si seruus. ff. de nego. ges. Chyrurgi, siue

4 t̄ Syndici villarū, qui tenentur denunciare vulnera, non tenentur denunciare leues percussiones, nec etiam denunciare eos, qui offenderint cum vnguibus: cum tales offendentes non incurrant pœnam statutorū prohibentium offendere cum armis. Ang. in. l. armatos. ff. de vi pub. Idem in. l.

DE DENUNTIATIONE

- 5 pignore. §. qui furem. ff. de furt. Prædicti t̄ Iurati si denunciauerint delicta, & non aggrauauerint contra veritatem malitiose, siue certa pecunia, siue ad suggestionē alicuius tenentur de falso, Bal. in. l. duobus. §. si. ff. de iureiuran. Idem etiam habebit locum in eo, qui induxerit ad denunciandum inique aliquod maleficiū æqualiter punietur de falso. l. lex Cornelia. §. si. ff. de fal. & ibi Bar. Sindi
- 6 ci denunciantes taliquē deliquisse, qui tamen non deliquit, excusantur, si crediderunt personis, quibus quilibet alius credidisset, aliter puniuntur, siue saltem condemnantur in expensis, Bart. in. l.
- 7 athletas. §. si. ff. de infam. Prædicti autem omnes qui per officium denunciant non tenentur ad aliquas expensas, Bar. in rub. de offic. asses. C. sed si prædicti assistent denunciationi suæ, condemnabuntur in expensis: quia tunc funguntur officio accusatoris, & non denūciantis, cum talibus sufficiat denunciare tantum. Supradictis t̄ officialibus regulariter nō creditur si crimen est graue, aliter sic, dūmodo denuncient de visu Bart. in. l. diuus
- 9 . ff. de custo. reo. Iurati, qui tenentur denunciare delicta sub certa pœna, non excusantur a pœna, licet alius præuenerit accusator. Et ratio esse potest: q̄ interest reip. quoniam potest contingere: q̄ per accusatorē leuiter accusarētur. l. ij. ad Ter
- 10 tul. Item tenentur denunciare delicta, quæ non sunt punienda de iure, nec excusantur: quia non spectat ad ipsos Iuratos cognoscere, sed ad ludi-

DE DENUNTIATIONE 108

ces, & ipsi iurati possent semper se excusare. Prædicta multi limitant nō habere locum in delicto notorie non punibili, vt puta in occiso, qui erat bānitus, & erat notorium, Ange. in. l. nequis. C. vt nemo prius. sed dic, vt supra dictum est. Denunciatio regulariter nō potest recipi in testem, imo ipse debet testes idoneos producere, licet non teneatur assistere. l. diuus. §. denuncia. ff. de quæstio. potest tamen recipi in testem: quando iudex procedit non ad denunciam, sed procedit per inquisitionē, & sic cauti assessores præuidēt, q̄ quando nō habent alios testes, procedunt per inquisitionem, & examinant tales deputatos ad denunciandum, & tali casu creditur prædictis vi

de Bart. in dicta. l. diuus. Si per statutum datur præmium indicanti delictū, an denunciatio possit consequi beneficium talis statuti perinde, ac si accusaret: dic, q̄ sic idem etiam tene, quando statutum daret præmium accusatori: q̄ haberet locum in denunciatore. Ang. in. l. diuus. ff. de cust. reorum. Et ratio reddi potest, q̄ interest Reip. vt quanto citius possit, manifestentur delinquentes leum, qui. ff. de iniur. Deinde etiam alia ratio reddi potest: q̄ idem effectus quo ad dilationē pœnæ, sequitur ex denūciatione, qui sequitur ex accusatione. l. qui sepulchrum. ff. de sepul. viol. Absolutus t̄ a denuncia, perinde est, ac si absolutus foret ab accusatione, licet multi tenuerint contrarium: q̄ æque deducitur, et proceditur cōtra reū

DE DENUNTIATIONE

- per denunciantem, sicut per accusatorem; isti etiā plus dicunt: q̄ iudex absoluendo a denuncia debet dicere, denūciationem minus bene delatam, ad hoc allegāt text. in l. diuus supra allegata: Tene tamen, vt in principio dictum est, nisi non legitime fuisset processum, prout supra dictū est de
- 24 absoluto ab accusatione. Denunciatio facta per Saluarium, siue Iuratū, siue aliter ad hoc deputatum de aliquo maleficio per dictam denūciationem, non dicitur constare Iudici delictum esse commissum, quemadmodum de delicto ante omnia constare debet Iudici prout supra dictum est sub titulo accusationis: Itaque Iudex debet se informare de maleficio ultra talem denūciationem; quæ vt supra non sufficit Ant. de bur. in c. vestra de coh. cleri. & mulie. Denūciatio etiam sola non facit aliquam probationē, vel indicium, nisi in leuibus Bart. in l. diuus. ff. de cust. reo. Denunciatio per se est sufficiens indicium ad inquirendū Bart. in dicta l. diuus Denūciantis t̄ non tenetur edere libellum, sicut a accusator: quia qui denunciat expedite agere videtur c. nouit in fine extra de Iud. Intellige tamen prædicta habere locum in personis denūciantibus vigore statutorum, siue consuetudinis, quæ etiam vt supra non tenentur assistere denūciationi suæ, & intuitu, & ratione talium personarum differt denunciatio ab accusatione nomine, & effectu, secus autem in alijs denūciantibus: quia tunc t̄ denun-
- 27

ciatio plus sapit accusationē, siue instigationem, quam inquisitionem, & tali casu tales denunciante possunt in expensis condemnari, vt supra, & infra dicetur sub titu. Inquisitionis. Iurati villarum, † qui tenentur denunciare maleficia, tenentur etiam denunciare casus fortuitos: quia an sit punibile, vel ne, spectat ad Iudicem cognoscere Ange. in verb. cōtra Gaiū homicid. Extende q̄ licet: maleficia essent impunita etiam propter aliquod statutum seu consuetudinem, attamen tenentur denunciare, fallit tamen secundum Ang. in l. ne quis. C. vt nemo prius: quando notorium esset occisum esse bannitum, qui per statutum offendi potest impune.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex quando & quibus precedentibus ad inquisitionem procedat.
- 2 Clausula, sepe et sepius etc. quare in inquisitione ponatur?
- 3 Iudex licet cognoscat aliquod delictum, tamen non procedet, nisi precedent super eo clamor & diffamatio.
- 4 Inquisitio formari non debet nisi pro grauioribus criminibus.
- 5 Iudex in debite inquirens tenere ad omnes expensas, & interesse partis indebite uexate.
- 6 Inquisitio loco libelli succedit, & est remedium in defectum accusationis.
- 7 Inquisitio formari non potest post lapsum annorum ui-

DE INQUISITIONE

ginti, nec etiam accusatio admittitur.

- 8 Statutum prohibens accusatorem, uidetur etiam prohibere iudicem inquirentem.
- 9 Inquisitio quotuplex sit? & quæ dicatur generalis?
- 10 Iudici ante omnia constare debet de delicto.
- 11 Inquisitio quid continere debeat? & an idem quod accusatio?
- 12 Inquisitio in quibus differat ab accusatione?
- 13 Statutum tribuens beneficium inquisitioni an extendatur ad accusationem, & è contra?
- 14 Testes post didicita testificata in inquisitione ex officio formata recipiuntur, secus in accusatione.
- 15 Inquisitio facta aliquo instigante sapit accusationem, unde instigator ad expensas condemnatur, si inquisitus absoluitur.
- 16 Minor uiginti quinque annis pro accusatore regulariter examinari non potest, secus in inquisitione.
- 17 Testes non idonei in inquisitione admittuntur, secus in accusatione.
- 18 Inquisitione pendente si superueniat accusator quando audiatur?
- 19 Accusator superueniens quando à iudice inquirente repellatur?
- 20 Inquisitio an formari possit per iudicem originis contra subditum pro delictis commissis extra territorium?

De inquisitione. Cap. VIII.

Supra dictum est de diuerso modo accusandi, superest videre, quo pacto deficiente accu-

DE INQUISITIONE 110

factore pro purgandis ciuitatibus malis hominibus per Iudices procedatur. Imprimis sciendum est: q̄ tunc † Iudex ad inquisitionem procedit, cum clamor validus ad eum peruenit, & a personis honestis, & non suspectis, & sæpe, & sæpius.

2 Qua de re † in inquisitione ponuntur illa verba, Sæpe, & Sæpius, Ange. in verb. non semel, & hæc sunt de iure diuino, vt ibi. Descendam inquit Deus, & videbo, si clamorem, qui venit ad me, opere perfecit. Et dixit omnipotens Deus de scendam, & videbo tanquam Iudex, alioquin tanquam Deo omnia certa explorata, & in conspectu sunt. Vnde elicitur, quod licet, † Iudex cognouerit aliquod delictum, non tamen procedet, nisi præcedant super ea clamor, & diffamatio, vt supra, iuxta etiam dictum euangelicum, mulier quis te accusat? Et sic intelligitur prædicta sententia euangelica: vt non prohibeat inquisitionem simpliciter. Sed quando non præcessit clamor, licet dicta sententia per Gandi. & alios scribentes in principio suæ practicæ aliter intelligatur.

4 Cauent etiam Iudices, vt non, † nisi pro grauibus criminibus inquirent: non enim est inquirendum de leuibus, quia tunc magis inquirentur marsupia, quam delicta. Deus perdat Iudices auaros. Et tales † Iudices indebite inquirentes tenentur ad omnes expensas, & interesse partis indebite vexatæ, & maxime quando apparet de culpa Iudicum l. filiusfamilias. ff. de Iudi. In-

DE INQUISITIONE

- 6 quisitio ꝑ loco libelli succedit, & inquisitio est remedium in defectum accusationis, ne delicta remaneant impunita Innoc. in c. super literis de re-
- 7 scriptis. Iudex non ꝑ inquireret post lapsum annorum viginti, quo elapso quis non admittitur ad accusandum, sicut dictum est supra. Qua-
- 8 re ꝑ statutum prohibens accusatorem, videtur etiam prohibere Iudicem inquirentem l. non solum in. s. quamque. ff. de Iniur. Inquisitio duplex
- 9 Test. vna generalis, alia specialis, Generalis diuiditur, in quatuor, primo cum prætor inquit quo ad delicta, et personas, videlicet, si sunt aliqui poena digni in sua prouincia. Alia etiam generalis quoad personas, specialis ad delicta, videlicet, quando delictum est notorium, sed ignoratur delinquens. Tertia generalis ad delicta, specialis ad personas, videlicet, quando syndici inquirunt contra potestatem, & familiam. Quarta est generalis contra personas, videlicet, cum inquitur contra ciuitatem, specialis est contra delicta, et personas. Supradicta probantur l. congruit. ff. de offi. Præsi. c. per inquisitionem de accusa. l. al. ud. ff. de reg.
- 10 lu. Iudici ante omnia ꝑ constare debet de delicto, sicut dictum est in c. de accusatione, & solennitas, quæ requiritur in ea, requiritur & in inquisitione, licet in aliquibus fallat, & infra dicetur.
- 11 Inquisitio ꝑ debet continere certum tempus, & locum, prout de accusatione dictum est: Nō vicietur propter aliquam falsam adiectionem, vt

DE INQUISITIONE 111

puta cognomen dummodo aliæ demonstratio-
nes sint veræ, notatur in l. In ijs. ff. de Here. insti-
tu. Inquisitio † differt ab accusatione: quia fit
ex mero officio, & est magis favorabilis. Vnde
statutum, † tribuens beneficium inquisitioni,
non extenditur ad accusationem, e contra vero
sic. glo. in c. in fidei de Hæreti. Inquisitio differt
etiam in formando processu: quoniam † post di-
dicta testificata possunt recipi testes, in accusa-
tione non utique. Intelligo prædicta in inquisi-
tione facta ex officio tantum, secus vbi inquiri-
tur aliquo promouente. not. in auct. qui semel
C. de test. Et ratio est, quia inquisitio † facta ali-
quo promouente, siue instigante sapit potius ac-
cusationem, & tales personæ condemnantur in
expensis, si inquisitus fuerit absolutus. Bald. in l.
obseruare. ff. de officio Procō. Ideo datur cautela,
ne tales instigatores sinant se nominare in actis.
Minor † viginti quinque annis regulariter pro ac-
cusatore examinari non potest, secus in inquisi-
tione, quo casu etiam testes † non idonei admit-
tuntur, qui in accusatione non admitterentur.
Bald. in l. i. C. de sum. trihit. & fid. cat. Et ratio es-
se potest, q̄ testes examinati ex officio non præ-
sumuntur falso deponere: quoniam carent insti-
gatione. Limita tamen dictum Bald. vt in tract.
meo de Indicij. per visum vnius testis. Item pœ-
na legis mutari potest, secus in accusatione l. non
solum. §. quanquam. ff. de Iniur. Inquisitione pen

DE INQUISITIONE

- 18 dente t si superveniat accusator, audietur quando-
docunque ante sententiam: quia per accusatio-
nem cessat inquisitio, & acta facta Iudice inqui-
rente valebunt in accusatione: quia tendunt ad
vnum finem. Assessores autem intimare possunt
hæredibus occisi, si intendit aliquo suo iure vri,
quibus existentibus in mora, inquisitio procedet,
& accusator non audietur. Limita etiam prædi-
cta, qd Iudex t repellet accusatorem superve-
nientem, si certus erit de collusionione, siue de præ-
varicatione. not. in l. iij. ff. de lib. hom. exhib. Item
repellet accusatorem, quando est negligens: fallit
tamen secundum aliquos, quando suam, vel suo-
rum prosequitur iniuriã l. ij. s. si. ff. de adul. Quid
si interfectus non habuerit hæredes: Iudex pro-
clamari curabit, si quis accusare intendit, statuen-
do terminum accusare volentibus: Sed adverte,
qd consulitur Iudicem prius inquirere, quàm pro-
clamare, & hoc propter periculũ collusionis accu-
satoris cum accusato. Item pp negligentiam quia
tarde examinare posset testes, qui testes interim
facile corrumpi possent: Paul. de Castro confi.
- 20 xxiiij primi vol. Postremo t quæritur an inqui-
sitio formari possit per Iudicem originis contra
subditum pro delictis commissis extra territo-
rium? Respondetur vtrunque esse magnas autho-
ritates, & communem opinionem reputari, qd Iu-
dex originis possit formare inquisitionem, & pu-
nire. Secundum tamen statuta loci delicti. Ang.

DE INQVISI.

111

in ver. hæc est quædam inquisitio.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex quando ad capturam procedere possit?
